to fides) schediasmate, tum Naudzi virulento calamo scriptis libellis fortè abstibuillet. Sed longe magis debuisset, si vel oculos injecisset in ea, quæ Mabillonius scripsie libro III. de Re Diplomatica cap. III. & in Supplemento cap. IV. & XIII. ubi fingulas Naudæi, aliorùmque Naudæo fimilium criminationes valide refellit. Hæc dissimulanda non erant, nec ea iterum in os impingenda, quæ jam turpis calumniæ convicta fuerant; longè minus audacter pronuntiandum erat, Parisiensibus omnibus probata fuisse Naudæi scripta, & àb eo jus omne sterisse. Forte Parisienles non erant illustrissimus Parisiensium archiepiscopus, Joannes Launojus, * Antonius Faure, Corolus le Cointe, aliique peritissimi & integerrimi arbitri, qui præmisso diligenti examine à Gersenianis BenedictinorumCodicibus omnem falfi suspizionem removerunt. Præstat certè ab jusmodi judicibus absolvi, quàm à critico damnari, cujus jam notior fides, quá ut cuiquam imponere possit solita dicendi confi dentia.Egregium sanè judicem, qui sentenpiam ferre ne lectis quide litis instrumentis aulit H 3

[&]quot; Vid. Animadren, in Vind. Kemp. p. 158.

ausit; imo ex iis ipsis partis unius inf mentis, in quibus ingenium non min quam eloquentiam defiderari fatetur i met. Aft non admodum attendebat nus ille Criticus, obviis quibusque m libros inferciret, ut crescente librorur numero, & mole, accresceret & aud merces. Sanè legenda erant, quæ ex dito Societatis JESU presbytero, Max liano Rasslero, refert Mabillonius in S plementi loco citato. Ille diplomatis. davienfis vindicias fuscipiens adversus I manni Conringii cenfuram, fancti B dicti familiam ab inusta per iniquum ce rem confecti Lindavienfis diplomatis vindicat; * improbatque, quòdatte rit, hic auctor censura sua Gabrielis N dæi satyram, an diras, contra totum plissimum magni Patriarchæ cœtum, c que ipse latinitate donaverit (idem fac est in novam lucem protulisse, quo oblivione dudum jacebat) quod fa boni viri non fuisse dicit. " Nam ve " labes, inquit, adulterandi nimi " Pontificum, Cæsarumque decreta, " mís. codices, verê adhæsir Ordini

infinitelyto; velab homine irato, & sui præ mine vindiciæ cupidine impore, extoro, aut u im magnam partem per nefas conficta est. ar . Si illud; profectò lex illa charitatis, tanme topere in facris oraculis inculcata, non faciendi alteri, quod tibi fieri nolis, vulgari, & propalari areanu non finebat, tantoque minùs sinebat, quod res non unu aliquem hominem, sed cætum numero amplissimum, antiquitate venerabilem, & nullis non titulis hodieque præful-gentem, tangebat. Nec enim vel priyatus quisque æquo fert animo, quod , pullus aut pauci sciebant, id unius lo-, quacitate populi rumorem fieri. Quid ergò necesse erat communi eruditorum " lingua vulgari (dicerem ego; denuo publicare) " quod soli Galli, & ex his non multi (jam bene nulli) ad eam diem le-, gerant, & sciebant? At si commenta, funt ista hominis rancore & invidia ta-, bescentis, ùt sanè existimo, quæ pru-, dentiæ, quæ humanitatis, quæ charita-,, tis jura ac leges finebant, ne dicam jube-, bant, tenaci chartarum memoriæ ea-, demillini, & viros planè innocentes tam , turpiter, & ignominiose coram eruditis eiamo. H 4

Biblioth, Benedict.

omnibus traduci? Quem igitur æstin

" bimus Conringium (vel Criticum Coringio longè iniquiorem) " qui istud

" cere non dubitarit? Quid fidei mer

" tur, qui nullo, vel suo, vel publ

" emolumento famam alienam tam ir

" dè allatravit; tam probrosè tradur

" Hoc omnino est artibus non bonis

Hac religiosus Soc. IESU presbyter ad

"Hoc omnino est artibus non bonis
Hæc religiosus Soc. JESU presbyter adl
minem heterodoxum. Sed quid ad
tholicum? quid ad sacerdotem, qui in
artibus, quas ille non bonas vocat, cor
nuit? Facinus horruisset vir pius, nec j
artes non bonas, sed pessimas, & charace

nuit? Facinus horruisset vir pius, nec j artes non bonas, sed pessimas, & charact sacerdotalem dedecorantes vocare non bitasset, Sed jam ad cæptű sermonem rec Ex quo vulgandis Sanctorum noss

rum actis animum adjecerat Mabilloni

DCLXXVI. MDCLXXXII. & IDCLXXXVI. Antiqua monumenta funt on temerel, & prout fors offerebat, collega, & inferta, fed maturo examine felecta, nalia funt opuscula theologica, fragmenta inciliorum chronica, fundationes ecclesiam & monasteriorum, Epistolæ imperatorem, regum, sumorum pontificum, & episcorum, inscriptiones, acta, formulæ, alia ejusmodi, quibus pretium addunt llectoris notæ, observationes, & dissertiones. Plura alia ejusmodi monumentin scriniis reliquit, suo tempore publiquada.

Sed fructum, quem hactenus ex Malonii peregrinationibus, plurimisque ab lustratis archivis ceperat respublica litteia, vicit eruditorum omnium judicio, quem percepit ex libris de re diploma.

1. Dum Archiva perscrutaretur, pluniis invenerat tum primorum regum strorum, tum imperatorum, tum voum summorum pontificum, tum denie aliorum nobilium virorum diplomaquorum pulverem excutere vix tenat quisquam, quia vix legere poterat diosè verò collegit vir sagacissimus, rei

pretii non ignarus. Alium quemvis terruissent infolentes, ac impliciti litt rum characteres, styli barbaries, ferm ambages, ut alia benè multa fileam, cem alteri cuivis figere nata. At diffi tates improbo labore non tantum ipfe peravit, fed & fuperandi viam alios edo certas regulasque tradidit, quibus totas rum instrumentorum ratio, usus, form auctoritas, finceritas aut falfitas dignofci teft. Uttamen non minus novum, q arduum ac falebrofum erat argument nihil festinandum esse censebat vir dens, donec maturitatem affecutum tantæ molis opus. At cœpta dud jamque satis meditata maturare com Danielis Papebrochii, viri edicis Sancto actis celeberrimi tentamen. terum chartarum nulla sibi fuisset para copia, pullasque ferè scripturas auden vidisset, quod nulla sibi archiva lus licuisset, ut modeste fatetur vir candi unius dumtaxat, aut alterius chartæ ir ctione in transversum actus, judicium nibus iniquum tulit. Pronunciare si dem non dubitavit, in Propylæo ad A lis romum secundum, charcas fidem bere ed minorem, quò majorem p tantiquitatem: in toto Franciæ regno lam chartam finceram, ac genuinam riri ante regnum primi Dagoberti; cissimas autem sub illo, ac post illum usad secundæ stirpis Reges scriptas habequæ vel autographæ dici possint, vel ex, ographis fideliter desumptæ: eodem do ratiocinandum & de privilegiis apoicis, quibus ab episcoporum jurisdiciiexempta monasteria, & sub immeram sedisRomanæ protectionem suscepunt: denique de Adeodati papæ priviio pro Martiniano comobio, deque aliis rum pontificum pro Dionysiano, arque porro omnibus, tempore primæ stirregiz editis, illud omnino tenendum ; , tantò minus adhibendum eis fidei . into plus præseferuntantiquitatis.

Hæc & alia, cùm archivum Dionynum velut officinam falforum diploman traducerent, & in omnium aliorum,
uno confossorum, imo totius Francici
ni redundaret injuriam, æquo animo
e non valens Mabillonius, falsis Papechii regulis veras opponendas esse du-

Ad argumentum igitur dudum fuprum jam probe meditatus accedens,
zumque ad rem diplomaticam per-

124

tinebant, accuratius, & attentius expendi digerit, explicat, archivorum fidem, auctoritatem tuetur, collatisque secumin vicem infinitis propemodum, quas insp xerat, chartis, regulas eruit, quibus g nuinz à spurlis, integræ à vitiatis discer queant, veterum scripturarum varia sp cimina, in tabulis LX. accuratissime del neata, oculis exhibet; & ut verbo dicama infignem illam de re diplomatica lucubra tionem in lucem emittit, anno M DC₃ LXXXI. in fol. maj. Ad novum illud and; quariæ artis genus, quod hactenus aggressus erat nemo, obstupuit Litterarius orbis, aq præter mentis acumen auctoris, ingenii fagacitatem, profundam eruditionem, immensam veterum recentiorumque lectionem miratus est rem diplomaticam certis

Hæc fuit Mabillonii gloria, tam din mansura, quam diu vigebit antiquitatis studium, ad quam illustrandam, quantum conferant veteres chartæ, norunt, qui experti sunt. Ut tamen juncta sempet invidiæ gloria, quam vir doctus merito consecutus erat, quidam post viginti de amplius annos, quam prodierat opus de re diplomatica, imminuere conati sunt. Sed conatibus non respondit pro votis exitus. Quæ enim de Auctore de opere fuerat apud eruditos existimatio, mansit incolumis, imo exirritis conatibus crevit. Idque verissimum esse expertus est prudens quisquis rerúæstis tantor, quod initio libri primi de re diplo-

126 Biblioth. Benedict.

matica pronunciawa Mabillonius, a idargumentum pro dignitate tracta dum opusesse in primis eruditione no vulgari,tum multo veterum chartaru , atque archivorum usu, quibus etia moderatio & æquitas accedar. Qui v , uno horum destitutus id susceperit, " mendum esse, ne aut falsas regulas p yeris obtrudat, aut incidat in temeraria " præcipitemque censuram. Nam, ùt a , dit in supplementi Cap. I. si de uno si gulari instrumento decretorium fer , judicium difficile est homini in hoc arg " menti genere minus versato: quan magis de universis statuere arduum, , periculosum, si non adsit ca experient quæ non nisilongo hujusmodi mon " mentorum ufu comparari potest? N modo dedicendæ erunt, ut his influte, latinitatis monumentis animus assuescat.

Et tamen plerumque accidit, ut, qui illis, studiis imbutisunt, de his quoque summe mo jure judicandi potestatem usurpent, rideantque alios, qui secus sentiant.

Quapropter qui se rei diplomaticæ arbitros profiteri volunt, de his idem existros profiteri volunt, de his idem existros profiteri volunt, de his idem existros profiteri volunt; de his idem existros profiteris volunt

Cùm autem vir clarissimus adversariorum rei diplomaticæ objectiones jam
plus satis vel consutasset, vel occupasset in
opere de re diplomatica, vel ea principia
statuisset ex quibus omnes pæne à peritis
facile solvi possent, nova scripta doctorum
judicio permittere maluit, quam data opera refellere; ne refellendo, vel eadem cum
tædio lectorum iteraret, vel lites cum temporis, majorísque momenti laborum dispendio perennaret. Ne tamen & sibi
& doctorum amicorum consiliis prorsus
de-

[#] Quintil, lib. 1. c. Le

deesse videretur, mediam hanc iniit r Paratum dudum habebat Sul mentum, novæ librorum de re diple tica editioni ab omnibus expetitæ, q tum meditabatur, subjungendum; ratim tamen imprimendum, ne, qui i rem editionem sibi comparâssent, no emere cogerentur. Huicillud præmi confultius esse duxit, ratus (nec fefellit) id plus fatis effe ad fuccutiendas inane versariorum objectiones; iis tamen v si nulli fuissent, ne nominatis quidem expresse confutatis. Prodiit igitur in cem Supplementum ann MDCCIV. in dilata in opportunius tempus nova ed ne, quæ demum vulgata est anno M De IX. In co supplemento, retractato br ter Diplomaticæ totius argumento, arc lam nihil superesse confidens, quod lectorem æqui verique amantem remorari posset, à contentiosis scriptis abstinendum sibi meritò censuerit., Si quis, inquit, , rixas, & contentiones persequi, & in-" gerere amet, nihil responsi à me exspe-, etet. Ut enim ab ejusmodi cavillationi-, bus semper abhorruit animus; ita,nune " maxime, his tricis confici puderet reli-, quum hoc ætatis meæ ac temporis, quod " melioribus studiis occupari decet. cit quod dixit vir pacificus: quidquid enim egerint quidam, ut veteranum militem proritarent, à proposito dimoveri non potuit, non causæ suæ diffisus, quæ jam absoluta videbatur, sed paci, ac tempori consulens.

Quibusdam tamen ex Mabillonii amicis, cùm major tanti viri moderatio videretur, quàm res ferret; amici, veterumque diplomatum, adeòque venerande antiquitatis vindicias susceperunt, Inter eos excelluit illustrissimus D. Justus Fontaninus, tunc in Romano Archigymnasio publicus eloquentiæ professor, vir non solùm politiorum Musarum studio led omnigena eruditione conspicuus, &

ad ejusmodi pugnam, si quis alius, inst ctus, & municus. Is ergò librum ed Romæ anno MDCCV. cui titulus, Vin cia antiquorum diplomatum, quem su mo pontifici Clementi XI. nuncupavit quo singulas adversariorum objectio accurate expendit, ac solide, & c refellit. Egregium multò post exceperunt epistolæ duæ de dem argumento: altera est, " Don , Lazzarini ex nobilibus de Mauro ad ai cum Parisiensem, pro vindiciis antiqu " rum diplomatum Justi Fontanini Fo , juliensis. Romæ MDCCVI. " est M. Antonii Gatti ac V. C. Jacob .. Bernardum. Amstelodami MDCCV Ea omnia continenter referre visum quia ad idem argumentum pertine Nunc ad incorptum redeo.

Opus suum de re diplomatica nun pavit Mabillonius illustrissimo viro D. anni Baptistæ Colbert, generali ærarii n deratori, summòque regiorum ædisic rum præsecto, cui acceptissim munus suit, tum ob argumenti i vitatem ac dignitatem, tum ob auc ris ipsius mentum. Is pro am

ad regni decus & ornamentum momnibus promovere satagebat, erudiomines quoscumque noverat, multa alitate sussis ex ærario donis recreare, & ndere gestiebat. Mabillonium prointer eruditos non insimum tenentem m, sibique jam dudum & virtute sua, uditione notissimum, inter benesicia-

Regis describi curavit, constitutaei ex ærario regio annua pensione, , qui schedulam deferret. Sed quireım ferre, in iis præsertim rebus, non pat, miratus est regiæ munificentiæ a â Mabillonio recusari. Ubi enim dulam vidit humillimus, & religiosæ ertatis amantissimus monachus, stabnuit, nec ulla ratione flecti potuit, ut Id unum responsi elici âb co it, se illustrissimo litteratorum Mæcepro liberalitate, ac beneficentia, quàm imam posset, habere gratiam: cœtese nullius rei indigere, utpote cui neria omnia, pro statu, ac conditione, im è monasterio, & congregatione editarentur; se id unum ab illustrissiriro efflagitare, ut congregationi suz. quæ litteras litteratosque pro modulo co favere pergat; quod si obtineat, se opips muneratum ac perbeatum existimare. Suit pissimi viri animus, quàm diu vix nec semel alias ejusmodi pensiones sibi amicis oblatas accepturum se constan negavit, studio paupertatis utique, mos sticarumque legum, quibus nihil pot umquam habuit.

Quòd si à pensionibus annuis ad abhorruerit Mabillonius, quòd repugna viderentur monasticis legibus, à quibus latum unguem dessectere volebat; que sur monastica beneficia, quæ et monastico statu penitus eduxissen amplisque redditibus excusso obediatiæ jugo ditassent, facile, me s

ιċ

Juvat, nec decer. Id tantum ad institutum facit. Famam fuisse, Mabillonio graves cum monacho quodam simultates fuisse, quod hic ut erat in mis. codicum lectione versatissimus, passim inveheretur in Mabillonii studia: ajebat enim sibi, dum Landeveneci in inferiori Britannia habitaret, plusquam mille & ducentas chartas videre licuisse, ex quibus saltem octingentas falsas deprehendisser. Nec inter illos dumtaxat iras fuisse, sed & inter alios omnes, qui in monasterio Sancti Germani à pratis litteris operam dabant; adeoque flagrâsse, ut non solùm foras erumperent, sed etiam Mabillonius, turbarum si non auctor, saltem incentor, earum tandem pertæsus nihil intentatum reliquerit, ut congregatione discederer: quod revera fecisset, si regularem abbatiam rex Christianissimus ab illustrissimo præsule rogatus concedere voluisset. Hæc fabula, quam frigidis inficeriis identidem ornare studet auctor. Ubi quot verba, tot calumniæ funt.

Falsum siquidem est, ullas umquam Mabillonio cum dicto monacho simultates suisse; nisi quòd Mabillonius, pro sua

pietare, & regularis disciplina studio, imi f patienter ferret illius mores, haud fatis re-Falsum est, hunc Landeveneci umquam habitâsse: vix tota vita sua quatuor dies in eo monasterio moratus est, per quos monasterii chartarium vix evolvere licuit. Hæc, levio-Sed gravius & infulfius, eum amplius mille, & ducentas chartas ibi vidisse, quarum octingentæ faltem falsæ essent, å monachis utique aut suppositæ, aut vitiaræ: hac enim familiari criminatione delectatur in primis Criticus, illucque per fas, & nesas, opportunè importunè semper revocat conceptum in monachos odium inexorabile: quamvis de injuriis lege postulatus, mente male conscia timens, ne meritas dudum pœnas tandem daret, palinodiam folemni scripto dato die 19. Martii anno MDCC. coram eminentissimo Cardinale de Noailles archiepiscopo Parisiensi canere, quam causam adhibitis probationibus dicere sibi tutiùs esse censuerit. Levissima certè satisfactio, si injuriarum toties repetitarum ratio habeatur: quam tamen hortantibus tum Christiana caritate. tum eminentissimo Cardinale, tum claris**fimo**

o quodam abbate, amico communi, spère Benedictini, meliora deinceps de te sperantes. At si palinodia insuper ita, ad ingenium redire christianæ lefinant, artificiosiùs saltem instruenda criminatio, nec ita infabre cudenda, ut m magis, quàm stomachum moveat. iculum sanè in exiguo satis, & obscuro nasterio, censu tenui, in angulo Briniz minoris ad mare sito, cui si quæ vicina sint monasteria, certè perpauca, licique census, tantum occurrere poe chartarum seu genuinarum, seu spuım numerum, quantum vix tota Brinia suppeditaret. Nisi contendat Cris maximam partem illius provinciae tarum, sive quæ in archivis publicis, quæ in monasteriis aliisque ecclesiis, quæ apud privatos asservantur, falsitaut corruptionis vitio laborare. ım, si quas umquam chartas illi mo-10 videre licuerit, paucissimas fuisse, dam nimirum ex iis, quæ in historia inniæ à nostro domno Alexio Lobineonscriptæ aut citantur, aut integræ rentur: quæ si falsi postulentur, falsitaguments, si quæ sint non calumniæ, con-

IΔ

Biblioth, Benedict,

136

convitia, falsi rumores, anilesve sa proferantur; excipietauctor, nec con tationem detrectabit. Sed mirum; sus falsis chartis indesinenter repetitis; nostras obtundi à garrulis illis, qui ne tè quidem unam authenticam tota vit viderint, legere vix possint, nec prin gularum elementa noverint, quibus g næ à spuriis discerni queant. Verùs lumniis citius, quam argumentis res sicitur.

Quod addit Criticus, fictitiarun fenfionum vel auctorem, vel incent fuisse Mabillonium, adeò insulsum es si persuadere voluerit, iis certè scrip qui Mabillonium ne nomine quiden verint; aliis, quibus perspecta est pii viri morum lenitas, humanitas, cari

raffirmamus, fidemque apud prohonestos quosque habebit affirmam esse cogitationem, quæ non tanabillonii mentem numquam subjelà qua, pro sua in Deum pietate, in congregationem amore, tenaci dvendo officio constantia, scrupuninimis quibusque regularibus exdiligentia, abhorruisset tanti viri

Vacante quidem abbatia Sancti , quæ modici census regularis abt nostræ congregationis, in Agalicecefi, ad quam nominandi jus peem Christianissimum est; hortati abillonium Superiores majores, & non jusserunt, ut opera & favore imi Remensium archiepiscopi Cauricii le Tellier, apud quem multerat, eam à Rege sibi impetrari cu-10n utabbatiali reditu frueretur, ac rbitratu suo statueret; hoc numconfilium fuir: sed ut eo cedente erio, res illius afflictæ hac accessio-7ari possent. Eo animo paruit vir s, archiepiscopum adiit, hic ret negotium non successit ex sentenmno utique non Mabillonii, sed

Biblioth. Benedict.

138

Sed quam alienus fue monasterii. ejusmodi dignitatibus humillimi vir mus, alia paulo post patesecit oc Defuncto abbate Mauri - Monaster quæ regularis abbatia est in Alsatia; congregationi addicta, liberaque eli fibi abbatis, annuente rege, facultat dens de substituendo in ejus locum billoni cogitavit amicus ejus R. P. pis moriæ domnus Hiacynthus Alliot, regularis Mediani - Monasterii, cons tionis Sancti Vitoni; coque facilius nuisset à monachis, quò gratiæ, & a ritati, quibus apud cos plurimum va accessisset candidatiper se commend mi virtus. At cò adduci numquan ruit Mabillonius, ut huic rei assenti Quidquid enim scriptis ad eum litteris mi convenire; gratiis proinde amico be rogare, ut ab incoepto desistat, nece catam quietem sibi invideat. Hæc se-Mabillonii epistola, cujus autographum nes R. Patrem Alliot vidisse se sidem fatestis omni exceptione mojor R. P. domsa Augustinus Calmet, congregationis seti Vitoni monachus, eruditis, ac existis in Sacram Scripturam commentaceleberrimus.

Hæc & alia si diligenti sciscitatione zrere voluisset Criticus, ab inofficiosa isura fortè temperasset; temperare cerdebuisset. Sed ejusmodi scrupulis dum excussis, majorem ingenii fœcundiran, quàm religionem, & diligentiam in nscribendishistoriis prodere voluisse vier. In exemplum, intersexcenta alia, oferri adhuc potest, quod ait, Benelinos * Sancti Germani à pratis, mor-1 Marja Moriset, relicta Ludovici Bilne, Typographi Parisiensis, ex solo ercimonio librorum ad usum congreganis Sancti Mauri ab eo editorum, iniquis nnino rationibus sibi vindicasse sumam vi iti. & novem milliú librarum, fraudatis ea fum-

Biblioth, crit, Tom. 4. pag. 54.

suma hæredibus; hæcque se didiciss sis instrumentis, quæsecum comm vit D. Touret, dicta vidua hares e Atqui tamen & D. Touret adhuc vive valens, cùm id audivisset, palam pro tus est coram gravissimis viris, quor des, religio & auctoritas paulo min tant quam Critici, totam cam narrati falsam esse, & calumniosam: & ip thentica instrumenta & acceptilat quæ penes nos funt, clamant. Benedictinos à D. Touret, sed hunc à Benedictinis accepisse viginti mil nongentas libras, pretium videlicet rum ad usum congregationis Sancti impressorum, puta Breviariorum, nalium, Gradualium, & aliorum eju di, quos in auctione publica mercia

msabiles, quæcitat Augustinus libro ir. & lit. cap. XII. particulam ita, quam runt editi, abesse tum in ms. Auguodicibus, tum in ipsius Apostoli texræco, qualem utique exhibent libri editi publica auctoritate, tum ipsi manu exarati. Editi, inquiunt, t. Abest ita à mss. & a Graco. Pau-1a verba, eaque purè historica. n funt, quæ catholicæ fidei studio sucis optimus ille catholicus acriter redarquasi dedita opera scripta, ut Calviorum impictas firmetur; hincque ci, posse audacter asserit, codem animo Tas fuisse in nova editione Lovanienannotationes, quibus Calvinianorum res refelluntur. Sanè præstat egregiis :Aici - illius argumentis Calviniani(mi ılari, quâm episcoporum, doctissiumque hominum, tum Catholico-, tum Protestantium rationibus, ipsisedictis publicis, Socinianismi, alioque gravissimorum errorum, ac flalæ malignitatis palam argui.

Alia ejusdem furfuris plurima, que n bibliotheca critica, nec uspiam alibi m habere debuissent, missa facimus.

Sicubi

Sicubi vela dedit auctor ingenio mordaci i (primum hoc specimen non fuit) nullibi certè tam passà. Non mirum proinde, fi tantam habuerit apud omnes offensionem, ur querelis ad illustrissimum Cancellarium delatis, Regii concilii decreto suppressum fuerit opus, sub gravissimis pœnis prohibitum, & ad chartariorum pistillum damnatum. Et meritò quidem. Tanta quippe comminiscendi lascivia est, ut pauca fint, quibus sua ex omni parte constet veritas, plurima ex toto conficta, secum pugnantia, falsi sæpè convicta, & confutata, iterum tamen incredibili audacia prolata: tantæ iræ, ut laxatis frenis in obvios quosque, vivos, defunctos, ipsosque sanctos, nullo discrimine habito, insiliat auctor, mordeat, laceret, discerpat; sed nullos crudelius quàm monachos, Benedictinos præsertim, hominum genus injuriis opportunum. Si homini fides, falsarii sunt, chartarum, diplomatum, & manuscriptorum corruptores, prædones fæneratores, impostores ex suppositis san-Ctorum reliquiis quæstum facientes, Calvinianorum fautores, omnis eruditionis experces, acque ignari, quorum ediciones, audiup

bus à tot annis incumbunt, inutiles trsus, nec aliud exhibent, quam male igestas codicum mís. lectiones, absque icio, & eruditione; quorum claustra ordiæ sedes, & ut verbo dicam, dænes funt. Nihil hic verbis exaggeratur. nim coloribus passim in tota bibliotheritica delineantur monachi. a facerdos fuit, isque fere octogenarius, hæc proferre, scribere, in vulgus effer-& ad nauseam repetere non erubuit, horresceret honestus quivis ethnicus. let quidem tantas ineptias, calumnias, mpierates retulisse; aft protulisse pudeebuisset magis. Sed, ut Sallustii verutar, cum omnibus locis nos maledictis ret Criticus, non placuit occasione dareticere: ne quis modestiam in consciam duceret. Operæ saltem pretium it, hominis ingenium patefecisse, non ecens mortui (utinam fatis expiata quæ ntem adussit aliis invidiam conflandi rigine) cineribus dolorem inurere vir: sed ne cui fucum faciat in scriptis fem-

To, 1, p. 22. 101, 109. To. 2, p. 223. To. 3, p. 101, & feqq, 104. 105. & feqq, 110. 111. 115, 116. 331. & feqq, 334, 335. 337. 339. 344. \$13.334.360.361, 365. To. 4 p.54.297.298.

femper manens affectata dicendi confitia. Sed ad Mabillonium, à quo non digredi coëgerunt sæpiùs iteratæ, h nusque dissimulatæ criminationes, roratio.

Anno MDCLXXXII. Burgun studiorum causa peragravit, ut illius pre ciæ archiva & bibliothecas persust. Occasione captata, illustrissimus D. J nes Baptista Colbert diplomata quædaregiam samiliam spectantia per eum en nari curavit. Ex relatione sibi sacta n ac magis comperit vir illustrissimus mam esse Mabillonii iis in rebus perit nec minorem sinceritatem & sidem. Quidem animi dotes cum eximias ac si lares esse cogitat, eas totas, dum licerarie utilitatem, regninsus decus, quo nibil antiquius habe

magnificum litteratorum patronum robata, Mabillonius ad iter accingere abetur. Paretille; & quamvisà folitue monastica avelli in exteras regiones è ferret: ca tamen dispendia abunde ircitum iri sperabat, ex iis, quæ ad illuındam historiam nostram collecturus Ubi doctissimi viri in Germaniam rentus proximi fama ad amicos, quos quentes illic habebat, perlata fuit, cungaudere, gratulari, & tantum non fes dies agere, nulli non ad se invitare. mibus folatium erit, scribebat unus, vel spexisse tantum virum. Discedit ergd isiis anno MDCLXXXIII. mense Junio unte, socium itineris habens, qui & diorum erat, domnum Michaëlem rmain. Quinque mensium spatio perat Burgundiæ comitatum, Alsatiam, eviam, Bavariam, Tirolim, Helved-, aliasque provincias. In Austriam coibat: sed iter interclusic Turcarum exitus Viennam tunc oblidens qui etiam litum maturare coëgit, ne quæ suspicio ri posset de Gallis monachis Germaniam picionis pleno tempore percurrentibus. in morebor peregrinationis circumstanregrino ubique exhibitos: historiam ipic descripsit initio tomi quarti Analectorum; it quamvis pre innata sibi modestia maximam delatorum honorum partem reticutir, exiis tamen, que scripsit, satis conficient, quod non scripsit, certatim videlicat contendisse ornatissmos omnium atdinum viros de excipiendo, quo maximo poterat, honore, tam insigni hospite.

Rediit porro Mabillonius ex es pertgrinatione non honoribus tantum cumulatus, sed quod jucundius erat, pretioss anziquitatis monumentis onustus, que et in archivis & bibliothecis, fibi ubique ferè ultro referatis, eruerat. Haud contemnendam partem luce donavit in tomo quarto Analectorum, qui primus idneris fructus fuit: in quo præter iter Germanicum operi præmislum, ubi narrat præcipus quæque, quæ sibi occurrerunt, & quæ in Germaniæ Bibliothecis visuntur, plurims reperiuntur hactenus inedita, quæ quisque historiæ studiosus legerit, laboris eum Aliis verò multis non pænitebit. quæ publici juris facere operæ presium non erat, usus est ad illustrandos Annales Ordinis nostri. Sed gratior force Gallis no-

oziî

ftris, imo & Germanis iplis, itineris Germanici fructus fuerit eximium opus de Liturgia Gallicana. Cum chim Germaniam adiret vir doclissimus, ad Luxoviense mohafterium accessit, atque inter semilaceras veteris ejus loci bibliothecæ reliquias invenit antiquissimum Lectionarium litteris Franco-Gallicis leu Merovingicis (criptum) quod in facris ad legendas propherias & epistolas cum euangeliis ante annos mille apud Gallos in usu fuerat. Repost reditum maturius expenia, accurateque digelta, hoc de argumento lingularem edidit tractetum: in quo liturgiz Gallicanz, qualis ante Carolum Magnum apud majores nostros rebepta erat, verath fortham, genuinosque ritus explicavit. Opus in tres libros tribuitur. În primo tota liturgia Gallicana ratio, verus sactà supellectilis aqud Gallos nostrates, ecclesiarumque forma & apparatus describitur, & illustratur. mentum hactenus obscurissimum & å nemine, nisi irrito conatu, tentatum; deficientibus quippe idoneis hujus rei montimentis. Que fuerit etiam majorum no-Atrorum per id tempus de Eucharistia fides & persualio, in exordio & fine libri expo-

K Ł

HitUf:

Secundus liber exhibet lection natium Gallicanum, continens lectiones prophetiarum, epistolarum, & evangeliorum per totum annum in missa, & in is majorum solemnitatum officiis regitandas: quibus omnibus lucem afferunt · Mabillonii observationes subjects. Tertium · librum constituunt missalia tria antiquistima. Gothico - Gallicanum, Francorum, Se Gallicanum verus, que quidem licet à Tosepho - Maria Thomasio jam edita, à E Mabillonio probationum inftar iterum Vulgata funt, ne ob raritatem exemplatium Romanæ editionis ea suo operi deesse non-- mulli caufarentur. Accedit denique de-"Aissima & singularis disquisitio de cursu ! Gallicano, id est, de divinis officiis, que in ecclesia Gallicana jam inde à primis cemporibus obtinuerunt. Hæc fere fumma operis de liturgia Gallicana, quod prodiit | in quarto anno MDCLXXXV. non minor · certè fructus, quem ex Mabillonii itinere · Germanico retulit res Christiana. · itineri accepta referri debet Trithemii annalium Hirsaugiensium nova edicio, triplo ur minimum auctior, quam hactenus fucsac. Cùm enim inter ms. codices bibliohecæ Sancti Galli pretiosum hunc thesauum reperisset Mabillonius, mox San-Galenses nostros hortatus est, ut eum erudiis cupientibus diutius non inviderent. denignè concesserunt illi, suisque typis pus in duos tomos in sol. distinctum edierunt anno MDCXC.

Reversus è Germania Mabillonius ilistrissimum Colbertum, itineris auctoem, ê vivis ereptum magno tum sui, tum ruditorum omnium mærore reperit. ore ut optata quiete frui diutius sibi liceet, spes erat; at non permisit, qui littearum promovendarum post Colberım curam susceperat illustrissimus Renorum archiepiscopus Carolus-Mauritius · Tellier. Cùm enim Mabillonio impense veret, suoque & aliorum experimento idicisset quantum utilitatis exitinere Gerranico capisset ecclesia; eŭ adItalicam pegrinationé inducendum esse existimavit, um ut aliquid utilitatis ecclesiæ, reique litrariæ inde accederet; tum ut conquisitis gia bibliotheca libris fieret locupletior. ropositum Rex confilium laudavit, justitne, utiter Italicum, quemadmodum & ermanicum, regiis impensis conficere-

Biblioth. Benedict.

150

tur. Mandața regia exsequi dum no berur modo, sed & urgetur Mabille ineunte vere anni MDCLXXXIV. iti annum sequentem differre cogit supe niens morbus. Interim dum confi tur valetudo, autumnum in perlustr Normannia, studiorum çausa insi Sed tandem exacta hyeme, longing sc diuturnior in Italiam peregrinatio pienda fuit. Discedit itaque Parisis D. Michaele Germam, prima die A MDCLXXXV. illuc reversurus die 11. lii anni insequentis. Totis quind mensibus Italiæ bibliothecas vetere poyas, archiva & cimelia perlustravit fasque adeo librariorum officinas: ex bus omnibus magnam pretiofamque pellectilem, utilitati publicæ confer comparare volucrint, tum qui cadem loca cum fructu peragrare cupierint. gum esset summos honores ubique loco. rum à Principibus, Ducibus, Cardinalibus, Legatis, Præfulibus, Abbatibus, eruditis omnibus, omniumque ordinum spectatissimis ziris, Mabillonio delacos, enarrare. Failis usque ad viros principes aditus, thefes publica ei nuncupata, laudes ejus frequenauditorum cœtu stricta, & soluta, pratione celebrate, illustrissimi cujus-, que urbis viri turmatim in occursum ejus ffusi, ac de excipiendo, & retinendo apud e cam infigni hospite contendentes, secreiora, & pretioliora quæque ei comiter, & ilariter reserata, satis superque testantur, |uanta esset tanti viri apud Italos fama, & xistimatio. At tantum abest, ut honoes ambiret humillimus monachus, ut poius studiose fugeret; aded ut sæpius deliuerit, amicorumque confilium frustratus. uerit, ne qui deserrentur; sæpe tamen & ose ea in re deceptus ab amicis. um moratur, ad congregationem Indicia nter consultores vocatus, sententiam prountiare suffragium que suum promere jusas de quibusdam libris Vossianis de dilu-K 4

Biblioth. Benedict.

152

vio non universali, tanta cum eruditio Et modestia protulit, ut mirati Card les secundum eum sententiam dixerin

Perlustratis demum præcipuis busque Italiæ locis, quo duxerat non curi ositas, sed illustrandæ antiquitatis e ditas, Parisios rediit, thesauros illic inve & Italiæ & Orbi cum sæmo redditt Primitiæ sucrunt Museum Italicum, vulgatum anno MDCLXXXVII. in partes divisum. Prima continet iter cum, in quo totius itineris seriem de bit; Italicarum bibliothecarum, mentorumque veterum, quæ occurren notitiam exteris hommibus, qui lit amant, præbet, additis ubique criticis o vationibus; ac denique viros litter quos in Italia novit, in aliorum cogr

critu Ambrofiano, quibus lucem affe-Mabillonij annotationes non híc moed & fingulis monumentis præmissæ. reciosius nullum, quam vetus Sacratarium ante mille annos scriptum, in ensi Monasterio repertum, quod ad riam Gallicanam pertinere demonstrat octissimus, & propter ea Gallicanum t; quod excipit antiquus liber pænialis, in quo multa scitu digna occurad veteris disciplinæ ecclesiasticæ cog-Biennio post, id est anno nem. CLXXXIX. prodiit alter ejusdem zi kalici tomus, in quo continentur qui libri rituales S. R. E. qui Ordinis noe comprehendi solent, plerique antea Ivulgati; & sijam editi, ob novas acones & notas quamdam novitatis grapræseferentes. Operi pretium addit missin ordinem commentarius, in præcipuos Romanæ ecclessæ ritus exrt Mabillonius. Plura alia ejusdem ris volumina in lucem edidisset ex iis. in Italia collegerat, nisi consilio obices cissent tum alia studia, quibus otium endere necesse suit, tum maxime tur-1s Europæstatus, quo liberum com154 Biblioth, Benedict.

mercium cum exteris interclusum fuit.

Inter ea Mabillonij auxilium implorantibus fuis, ad alia calamum vertere compulsus est ordinis monastici vindex acerri-In solemmnes ordinum ducarús Burgundiæ conventus ad hominum memoria non modo admissi funt Benedictini præcipyarum, & antiquissimarum provinciæ abbatiarum octo, ted & primum ex parte cleri regularis, ante cæteros omnes regulares, locum semper tenuerunt. Ea prærogativa nemine contradicente gavisi sunt, donec Canonici Regulares circa annum MDCLXXXVII. litem movere, eosque de possessione dejicere tentarent. Id ut obtinerent, scriptum obtulêre tum Regi, tum ordinibus Burgundiæ, in quo auctor fic fecatu utriusque Ordinis disseruit. Cum-Mabillonij scripto respondere conatus talter è Canonicis Regularibus, sed i moderatior, cjus responsionem alteripto confutavit. Acta sunt ea omano MDCLXXXVII. Erit fortè, qui hanc aliis eiusdem naturæ similem urans, totam confuctis litium ambaagi existimaverit. Ac judicium lonversum tulerit, qui viri doctissimi a perlegerit. Totidem discrizationes omnigena eruditione refertæ, in quividquid ad antiquitatem tum monatum Canonici Ordinis spectat, expen-&illustratur, quas quisque partes in fiæ officiis, honoribus, dignitatibus & nistratione objetit, exponitur; antium canonum & auctorum testimonia dantur; uno verbo præclara historiæ: sciplina seu ecclesiastica seu monastipita solide pertractantur, adeò ut misic tam brevibus scriptis, si rerum rabeatur, tanta congeri, ac digeri po-Ea postmodum suos in usus Laria nverterunt, edique curârunt Bonedinostri Helvetii, & Germani, à Cang-Regularibus similiter lacessiti,

€56 Biblioth. Benedict.

Eodem anno scribere compulsus es Mabillonius epistolam ad amicum, de pri mario instituto Romarici-montis, * qua ecclesia olim nobile monasterium sancti monialium Ordinis fancti Benedicti, nunc collapía regulari disciplina, conversa est is collegium Canonicarum fæcularium. Cùm enim illius loci abbatissa Canonicarum sua rum mores in melius reformare vellet, ha novæ reformationis impatientes, abbatissa licem intenderunt. In iis verd scriptik quæ in vulgus emifêre, non tantùm contendebant ecclesiam suam numquam momasticoOrdini & regulæ sancti Benedicti ad dictam fuisse, sed & Mabillonium assertioni suz vadem perperam omnino citabant. I co magis indignatus, quo contrarium apertè statuerat multis in locis, & in iis ipfis, qua

Mauriana Lio...

meanno circiter M. D. abjecto cum mo-Canonicas, nullis constrictas votis, evasemne.

Biennio post alia difficultas Mabillonium cum doctissimis viris, quos impense venerabatur, commisse, Illustrissimus Regula mentioné fieri facrificii Eucharistici communionisque sacramentalis;ac proinde · voces Missa, & communio Sancta, qui-. bus utitur Sanctus Patriarcha Regulæ fuæ capitibus XXXV. & XXXVIII. à vulgata acceptione detorquendas esse, ut priori fignificerur divinorum officiorum conclusio seu finis; posteriori, pauculum panis & vini, quod à lectore mensæ sumitur ante lectionem, in fignum ecclefiasticæ communionis cum fratribus suis, quibuscum edere non potest. Violenta quidem & toti contextui repugnans videbatur hæc explicatio: cum tamen illustrissimi abbatis commentarius typis editus non esset, sed à multis exscriptus dumtaxat & lectus, facile dissimulari potuisset, nisi doctissimus auctor disser-

dissertationis Gallicz de Hemina vini, quais fuis indulget Sanctus Benedictus, in fecumda editione in abbatis sententiam, sua retractata, non modò ivisset, sed & pro es decertaffet: quem non multo post subsecutus est alter, qui Regulam ê Latino il Gallicum fermonem convertit. Veritit = Mabillonius, ne nova hæc opinio, à con-Banti totius Ordinis tradicione discedens, & communi interpretum Regulæ Tententië repugnans, latius ferperet, eam foriptis corcendam este sibi putavit. Tractatum proinde patrio fermone ediditanno MDC-LXXXIX. in quo novam corum auctorum explicationem confutat, nullaque folidaratione niti posse demonstrat. Argumenta veto petit tum à priorum monachoru, Sando Benedicto antiquioru, praxi, tum à comuni

vod mixtum vocabatur) ante refection sumere possent, ne grave eis esset jeium sustinere, mixti sumptionem iis ous post Missas & Communionem, id post missa sacrificium, & communim eucharisticam, que à jejunis perciida erat, distulisse: tum verò lectomixtum sumplisse propter Communio-Sanctam, ne ipia lectione, & consione vocis periculo factas particulas exendi objiceretur. Hæc fere tractatus ıma, in quo auctor identidem alia affidisciplina ecclesiastica & monastica cai illustrat. Hunc tractatum domnus udius de Vert, ex antiqua observantia niacensi, quem nonnihil seriebat, futare aggressus est, opposita dissertaie, sed verbis (sæpiùs parum urbanis nofficiosis) ac confidentia, quam arnentis & rationibus graviori; in qua inde refellenda à contentione semper orrens Mabillonius otium abuti noluit; mvis justæ querelælacus esse potuisset, ed auctoris tractatus nomen ideo sibi otum esse dissimulatiet dissertationis tor, incivilius appetere posset.

Gravior, ac paulo diuturnior exstitit,

160

ene fubinde exarfit Mebillonium inter, \$ - elerissimum abbatem Trapensem, ex shije 2. Alieri observantia Cisterciensi, concernțio i de Audiis monschorum. Jam duduge - Mabillonium hortabentur & urgebent not · mado majores nostræ congregationis, fed - Scalii doctiflimi-viri, utaccurate different . de studiis monachorum, que nimirum; - de qualia & quousque eis frequentanda ef-Ant , certamque studendi methodu perceriberet, que cum ipse tem felicie winsellet, alii, pro suo quisque fine ac in-. minio , iisdem vestigiis insistentes similier . pripossent, & ad cam studia sua cum fru-: Au exigere; rati videlicet, nihil periculo-. fius effejunioribus, quam ut rectore ac du . ce destituti seipsos avidius, quâm consul-: tius immensæ lectioni committentes, obvia quæque temere captarent, sicque incerti, quo ferrentur, totam vitam in ftudiis, sed incasso labore, ducerent, sibi-& cecleliz inutiles semper futuri. Re, ut par erat, expensa Mabillonius Superiorum & amicorum confiliis concedendum effe putavit; atque adeo tractatum edidis de studies monastices in quarto anno MDC-XCL quem in tres partes distribuit. In iroirg

jori ostendit, studia litterarum, ea etiam. æ consuetis, jamque receptis Scholarum ercitijs coluntur, monastico statui non itum non repugnare, ijsque monachis n interdici, sed adeo necessaria esse, ue onastica disciplina, rectusque monasterum ordo & æconomia sine ijs consistevix possint, quodeò verius esse demonatur, quò jam monachi clericatu nobilii, ea scientia, alijsque dotibus instructi è debeant, quas facri canones exigunt. ım argumenta petit ab iplius sancti Bedicii Regula & praxi, ab exemplo tot iltrium Benedictinorum, qui scientiæ laufloruerunt, à locupletissimis præcipuom monasteriorum bibliothecis, & a connti demum, & perpetua totius ordinis ditione & disciplina; probatque tantum esse utà litterarum studijs monachos arerint Concilia, & summi Pontifices, ut tius admoverijusserint, longeque majous ac funestioribus malis obijci monaos imperitos, quàm litterarum studio-In secunda parte expendit ea omnia idiorum genera, quæ monachis solitarijs nvenire possunt, ostenditque omnia illis rmitti posse, que ecclesiasticis viris lice-

ant. Tum, quod caput eft, præcipuusqui operis finis, ad fingula particulatim desce n dens, quo quisque gradu ferri debeat, quibus fubfidijs munitus ad studium sibi præferiptum, aut à se delectum accedere, quos auctores, & quo ordine evolvere, qua m tione lectiones suas dirigere, & digerere, qua arre collectanea conficere, & in adverfaria redigere; uno verbo: qua certa methodo quisque procedere, ut ab errandi periculo tutus ad scientiæ, cui vacat, culmen pertingere valeat, fuse pertractat, & docet. In tertia parteagit define, quem fibi in studijs suis proponere debent monachi, cumque esse debere meritò contendit, ut ad veritatis notitiam & claritatem referantur, nec à præcipuis, quibus monaches quisque tenetur, monastica vira officia

ttalogus selectorum librorum, quibus ecesiastica bibliotheca instrui porest, indiitis, ubi opus suit, melioribus edicioniis.

Nullus ferè liber, majori omnium ausu exceptus est, quâm tractatus iste de udijs monasticis, qui non monachis imtaxat, fed omnibus alijs, doctis juxta & doctis, utilis, incipientibus tutam, & exditam ad scientias viam, provectioribus emplar, omnibus vastissimum erudicios s campum aperit: adeò ut mirum fit, hoinem, qui in eruendis e pulvere & first, iartis veteribusque monumentis maxiam vitæ partem egerat, de alijs omnibus ientijs fic differuisse, quasi in unaquaque tam vitam infumplisset. Tanta fuit opefama, ut brevi distractis prioris editionis emplaribus, alteram vix elapso anno cure necesse fuerit; quam eandem anno sequenti typis suis recudere Bruxellenses. ne tanto munere defraudarentur exteri. min in Latinum sermonem convertit ımpodunensibusque typis in Suevia edi ravit anno MDCCII. R. P. Udalricus audigl, monasterij S. Angeli Andechs, è angregatione fanctorum Angelorum etifida Ĺà

custodum Benedictina - Bavarica monachus: dubia historica etiam latinè vertit, & in suorum usum apud Sanctum Gallum in Helvetia edidit R. P. Hermannus Schenck, ejus monasterii bibliothecarius. Totam verò secundam operis partem, quz adusum magis comparata est, cum dissicultatum serie, Italico sermone donatam, Romz vulgavit anno MDCCI sub hoc titulo: la scuola Mabillonia, R. P. Nicolaus Hieronymus Ceppi, Augustinianus. Hze quo in pretio apud omnes esset Mabillonii tractatus, satis superque testantur.

Probatum tamen omnibus de studiorum monasticorum ratione opus displicuit viro clarissimo Armando - Johanni Butillerio, abbati B. M. de Trappa, strictioris observantiæ Cisterciensis: adeò ut sententiam de eo suam dissimulare non potuerit. Jam enim edito tractatu de sanctis monastica vita officijs; severioris disciplinæ zelo ultro metas abreptus, studia monachorum non modo vexare aggressus erat, verum illis turbari monasteria, sanctiorem disciplinam enervari, monachorum animos à rebus serijs ad nugas avocari, superbiaque instari, pietatem exstingui, ca

tandem cum religiosæ vitæ professione. sanctorumque patrum legibus & institutis constare non posse acerbè deploraverat. Non poterat Mabillonius, de studijs monasticis scribens, abbatis illius testimonium, quod magni ponderis apud multos efse intelligebat, silentio præterire, & argumenta illius ad examen non revocare. Fe cerat id, more suo, tam modeste, ut nihil contentios disputationis haberet ejus oratio, quam ita temperaverat, ut nobilis ille adversarius ne verbulo quidem læsum se queri posset. Is tamen lecto tractatu de studijs monasticis, statim illum, ne monachis suis, utajebat, fraudi foret (quibus tamen asceticos dumtaxat, non certè Mabillonianum legere permittebat) refellendum suscepit; sed stylo vehementiori, quasi actum foret de monastica disciplina. sam porro non tam argumentis, quam vivida & varijs figuris splendida oratione ita pertractat, ut non Mabillonius modò, sed congregationis religiosæ & personæ pietate conspicuæ ab inofficiosa censura intactæ non sint; quasi scilicet nihil tam abditum in profana etiam litteratura sit, quod non Mabillonius addiscere juberet; ipsas vete-

L 3

Biblioth. Benedict.

166

res inscriptiones, numismara, fabulas guas peregrinas, leviora tandem pab studij, dostrinæque ascetarum esse ve

Tam sinistre accipi sententiam doluit Mabillonius. Et si quidem sol quamvis immerenti, facta fuisset in corde facile pressisser: sed contumel totum Ordinem jactas, oblitosque: litterarum falsos colores dissimulari posse, nec debere, non ipse modò, s superiores, virique alij clarissimi, inter illustrissimus Franciæ Cancellarius, c bant. Jis igitur hortantibus resumpi lamo, abbatis Trapensis responsion madversiones in candem responsione libro titulus) opponere festinavit; ad octavo circiter mense, quam prodier fpontio (prodierat menfe Februario MDCXCII. incunte) animadversion

onachis liceant, majora tamen, aut miora, pro cujusque captu & superiorum jucio; non verò, ut falsò exposuerat abbas, rum scientiæ omnes, de quibus egerar labillonius in tractatu suo, monachis ne-:Nariæ sint; longè minus, an monachi mnes promiscue, nulloque discrimine ibito, in majora studia altius sese demittedebeant. Tam insulsa cogitatio Mabilnij mentem numquam subierat; & quàm ea abhorreret, sic declaraverat, ur diseris non posset, tum in tractatus sui epistonuncupatoria ad juniores monachos m alibi passim, ubi ca studia quæ ad meocrem saltem litterarum sacrarum intelentiam conferunt, omnium; majora & iora, paucorum; certa quædam, ùt maematicarum, numismatum, inscriptioım, &c. ferè nullorum esse scribit. Itaie restituto, quem desormaverat abbas, nuino quæstionis statu, totum argumenm instaurat, caque vi & efficacia, solidie & perspicuitate pertractat, adversarij jectiones solvit, criminationes diluit, niium in omnibus zelum coërcer: veheentiores impetus reprimit, malè lacesios plures illustres acsanctos viros, integrasque congregationes vindicat, ut i batem suscepti consilij non pænitue faltem pœnitere debuisse constans of um sententia fuerit. Sed si in tota e spuratione Mabillonij eruditionem, stantissimúmque ingenium; moder nem non minus mirati sunt unive quamvis enim inofficiosè & durè, in rens licet, exceptus fuisset, eum tamen dum tenuit, ut verbum nullum excic quod convicium sapiat, causamque i dum infirmare malit, quam ca confu que non nisi inclementioribus verb fellipossent. Et ne qua vel levissima in corde odij suspicio in aliorum ar oboriri posset, clarissimum abbatem, q impense veneratus semper fuerat, a missima principe fæmina invitatus, 1 Deo, sibique vacans cogitarer dies ans, & annos æternos jugiter in mente Pijssimum quidem consilium; rct. cclesiæ damnosum, quæ ex tanti viri ibus non modicum fructum adhus ctura erat. Id ubi audierunt duo ilsimi præsules, graviter improbarunt, puod res erat, tanto viro non licere indotes fibi à Deo in aliorum commoconcessas obruere. Hortati sunt prout novam sanctiCypriani operum edim curaret. Assensit ille; jamque ad se accingebat, cùm ab alio occupatu cognoscens, pristinum consilium ree volebat. Sed acriter obstitere tum riores, tum amici, exposueruntque sua hactenus studia, peregrinationes, oad illustrandam Ordinis nostri histocollimare cùm debuissent. eamdem ab olo conscribi posse & debere, præter n vix ullus alius unquam occurreret, tot subsidijs & dotibus instructus ad accedere posset: hanc esse omnium o spem, omnium vota, totius Ordinis :Ctationem, quæ si frustraretur, justum apud posteros expostulationis locum ; ex se quidem arduum esse opus, sed Biblioth, Beneditt.

179

ei longè faciliùs qui tantam rerum de cistarum peritiam jugi studio, summár foribendi facilitatem assidua exercita comparaverat; quod proinde aggr negaret, alios deinceps ejus exemple cerritos ne tentare quidem aufuros, fi opere utilissimo, immo & necessario (nem, ecclesiam, & ipsam rempubl defraudatum iri. His, similibusqu tionibus permovebatur quidem Mabi animus; una remorabatur caduca jam affectaque valetudo: at Dei auxilio c fus rei tandem manum admovere co tuit. Admovit revera medio mense anni MDCLXXXXIII. hucque deit Audium omne contulit.

E maxima tamen occupatione ter interdum eripuit vel caritas proximi

mendaturus, ejusque laudes celebraturus. Lo lubentius fecit, quo eximia illius pietas, præclaraque in totum Ordinem, immo & ecclesiam merita justis laudibus dignissima Ipía est enim, quæ Annum Benedictinum Gallice conscripsit. opus XII. voluminibus in 400 distinctum, in quo præcipuorum Ordinis sanctorum vitas, prouc in Kalendario fingulis anni diebus occurrunt, digessit; ac postmodum aliorum fanctorum in ecclesia notiorum acta descripsit, ediditque duobus voluminibus in folio, & alijs pluribus libris pietatem, & scientiam suam posteris commendavic. Anno fequenti regulam fancti Benedicti cum statutis, quæ Stephanus Poncherius, episcopus Parifienfis, ad reformanda monialium Ord, sancti Benedicti monasteria Diœcessa Parisiensis ediderat, Gallicè denuo convertit Mabillonius in gratiam monialium inclyti parthenonis Calentis.

Sed infignius fuit, quod anno fublequenti MDCXCVIII. edidit opus, mole quidem parvum, fed argumenti dignitate magnum. Epiftola est, quam sub nomine Eusebij Romani ad Theophilum Gallum, de cultu sanctorum ignotorum scrip172 Biblioth. Benedict.

ret, de imperij vicissitudinibus, ac de ils principibus, qui tunc temporis imperunt, breviter egit, veteraque nonnulla
terseruit scripta, quæ historiam confirent & illustrent, filo tamen minimè inrrupto. Addidit alia quædam antiqua
ouscula hactenus nondum, vel imperseiùs edita, quorum potissimum est notiecclesiæ Africanæ, cui accedunt auconotæ & observationes.

Absoluta ea historia, stimulum addennus pluribus viris clarissimis & amicis, nvam editionem operum sancti Grego-Turonensis aggressus est, camque deum publicavit anno MDCXCIX. in fol. actenus quidem non semel prodierant opera, sed dispersa, & cum variis variom auctorum operibus permixta, caque endis respersa & pluribus in locis muti-

Hæc in unum volumen collegit vir chistimus, & ad veteres codices accuiè recognita pristino decori restituit, adis ad marginem brevibus notis, quibus ttus explicatur, rejectis verò ad calcem sioribus, quibus ea, quæ ampliorem igebant animadversionem, elucidantur.

Ad-

Addidit Fredegarij Scholastici epitamen Gregorianæ historiæ & chronicon, quod est ejus veluti continuatio, cum chronici continuationibus, & aliis antiquis monumentis, Totum editionis consilium & scopum exhibet præsatio, in qua, præter cætera, auctor plura pertractat, quæ ad veterum Francorum historiam, mores, & disciplinam ecclesiasticam spectant, quæ legisse non pænituerit.

Anno sequenti MDCC. Mabillonius in lucem emisit sextum seculum actorum sanctorum Ordinis S. Benedicti, duobus tomis in fol. distinctum. Cum magnam partem in actis digerendis, in ordinem redigendis, & illustrandis habuisset Ruinartus, hunc merita laude defraudare noless ndum Parisiense Breviarium naviter umberent delecti ab eo periti critici, ionesque omnes Breviario inserendas Severioris criticæ leges expenderent, lis le re mota fuerat, sed facilè sopita, latis quippe à nostris San-Germanenus argumentis, & auctoritatibus, quibus us & recepta hactenus in ecclesia Paensi, & toto Ordine Benedictino tradinitebatur, firmabaturque. Sic festum Eti Mauri abbatis, quod solemni veneone semper celebravit ecclesia Parisiis, ex quo præscrum ejus reliquiæ in masterium Fossatense Parisis vicinum tæ funt, pristinam sedem & dignitan in novo Breviario refinuit cujus leones in co festo legi solitæ missum ando Renedido Maurum in Gallias Sed cùm am asserere perrexerunt. istrissimus archiepiscopus Antonius de vailles, nunc cardinalis eminentissimus, viarium Parisiense accuratiùs recognin & emendatum edere meditaretur iùs recruduit sopita, non exstincta, de ssione sancti Mauri controversia. m missioni adversabantur, resumptis ca cassone animis, eam modis omnibus

concurere conati funt; non quidem prolatis rationibus, & autoritatibus, quæ rem factam negarent; nullæ erant: fed congestis difficultatibus & cavillationibus, quibus vulgata fancti Mauri acta in fuspicionem vocarentur, infirmataque veteri traditione, nova opinio paulatim fuccresceret. Vocatis in commune confilium pareibus, auditisque, ac expensis utrimque rationibus : fententiam à decessore latam confirmavic illustrissimus archiepiscopus. Nec sic tamen à cœpto destitère adversarij, sed quæ viva voce protulerant, sparsis per urbem scriptis, imo & in Hollandiam missis, publicare coeperunt. Lectis ijs scriptis Protestantes pro more exsultare, triumphos agere, Catholicis, imo & fancto Mauro, quasi larvæ insultare, Benedictinis-

inciam cum suscepisset Ruinarrus, edidic nno MDCCII. patrio idiomate Apologiam mishonis sancti Mauri , Benedictinorum re Francia apostoli, in 8. Ab ipso limine probat, extitusse sanctissimum quemdam Zenedicti discipulum, nomine Maurum, juem ipfum esse primum abbatem, ac conditorem monasterij Glannafoliensis in Andecavensi Comitatu, recepta jam ac constantissima nono seculo traditio fere-Quam quidem traditionem à san-Eti Benedicii temporibus ad nonum facur lum, dehine verò ad nostra usque tempora continuata serie manasse, certissimisque argumentis, auctoritatibus, & monumentis fultam esse demonstrat vir doctissimus: & quamvis acta sancti Mauri interpolata fuerint, certos tamen in ijs reliduos elle characteres, quibus farta tecla manest corum auctoritas, ac secerni haud difficile valeant posterioris manus additamenta à primæ ductibus, qui missionis sancti Mauri testimonium serunt, nullis argumentis, sive Basnagij, sive aliorum (quæ quam infirma fint, oftendit) concutiendum. quia Basnagius & alij quidam cum co critiei modum omnem excedentes, non tantùm acta vulgata, fed ipfum etiam martyrium, imo & personam sancti Placidi, san-Ai Benedicti discipuli, & sociorum ejus, meram esse fabulam contendebant; Ruinartus additamento ad calcem apologia suz facto, morosiores illos criticos egregiè refellit. Ingenuè quidem faretur, vulgata martyrij acta vix ullam fidem mereri; inconcussam ramen manere veterem traditionem, tum de misso à patre suo Benedicto in Siciliam Placido, tum de ejus illic ac sociorum martyrio, quam invictè confirmat inventio corporum fanctorum martyrum facta anno MDLXXXVIII. in ecclesia sancti Johannis Baptistæ Messanensi. Hæc ferè summa apologiæ sancti Mauri, quam latinè conversam edidit Mabillonius ad calcem tomi primi Annalium Ordinis fancti Renedicti.

In alterum postea certamen venit Ruinartus, pro magistri sui Mabillonii gloria, haud tamen periclitante, pugnaturus. Libros de re diplomatica scriptis publicis adorti suerant, venerandumque senem aliis intentum ad certamen provocaverant quidam. Is rixas sugiens, publicato statim supplemento, quod

dudum paratum crat, captos frustra coanatus infringere satis habuit. Ne tamen causam Mabillonio tradere viderentur adversarii, nova scripta Supplemento op-Veritus Ruinartus, ne verborum pompa, & apparatu, auctorumque confidentia imperitorum oculis pulvis ostenderetur, oppositam Supplemento disceptationem refellere sic aggressus est, ut tandem in omnibus excutiendis, quæ confidentiùs objiciebantur, sempus frustra terendum non esse merito censeret. Ex omnibus selecta una singulari charta, in quam majores fuerant imperus, hujus defensionem præ cæteris suscepit, ratus si tutam ab adversariorum telis facile servaret, ex hoc vel uno specimine facile intellecturos omnes, quo loco habendæ & quanti faciendæ essent aliæ in alia diplomata leviores objectiones. Testamentum Vandemiris est, viri illustris, & Erchambertæ uxoris ejus, quod infignis ecclesiæ Parisiensis veteres titulos seu basilicas spectat, a Vandemire magnificè dotatas, quod proinde ab injuriosis ictibus illæsum servari multum illius ecclesiæ in-Strenuè servavit Ruinartus, tererat. crip-

Biblioth. Benedict.

238 scripta an. MDCCVI. lucubratiuncula sub hoc titulo: Ecclesia Parisiensis Vindieata, &c. in qua expensis singulis obje-Ctionibus, cas nullius roboris esse inwifte demonstrat.

Mortuo anno insequenti Mabillonio, quâm acerbus Ruinarti animum invaserit dolor facilè conjecerit, qui generolam ejus indolem, fummam adversus magistrum reverentiam, intimum amorem, gratissimum ob accepta beneficia animum, mutuam demum amicitiz confunctionisque necessitudinem cognoverit. Sed qui prius magistri laborum socius, & particeps crat, totum corum pondus deinceps folus sustinere debuit. Novam editionem librorum de re diplomatica, viris litteratis ex variis Europæ partibus efflagitantibus, paulo ante mortem aggressus erat Mabillonius, præloque subjecerat, recognitam, auctam & emendatam: properabat ad finem, cum invidente fato, laboris fructum degustare non licuit. Una supererat præfatio, quam majori orio & cura conscribendam servaverat, cum ap-

endice nova, in quam vetera aliquot ionumenta relaturus erat. In præfatioe accurate expendendam sibi proponent sententiam clarissimi viri Gregoris ickesij. Hic enim in suo Linguarum prentrionalium thesauro, qui prodiic theatro Scheldoniano Oxonij anne DCCV, postquam Mabillonij opus re diplomatica summis laudibus tulit, plura ex eo decerpsit, regulasue à doctissimo viro constitutas, si Stè explicentur, calculo suo probavit; escio quo fato in transversum actus, in abillonium ipsum paulo inciviliùs insurr, quia regulis malè explicatis abuti quisam potest. Hæc sunt, quæ Mabilionius pendere statuerat. At quod morte ocpatus exsequi non potuit, supplevit Ruiirtus, præmissa novæ editioni præsatione, qua post explicatas novæ isti editioni faas accessiones, & commendaram artis plomaticæ necessitatem & utilitatem, reilas à Mabillonio constitutas à præcipiti ickesij censura vindicat, ostenditque plesque ab Hickesio nonnihil oscitanter leas, & expensas fuisse, unde impruden--misnulq oinolideM suingilam maup si

posuerit, quæ verbis ejus & sensui apenti repugnant; omnes verò tanta cautione, diligentia, ac circumspectione ab auctore ipso explicatas suisse, ut nemo, nisi qui sponte cæcutire voluerit, abuti umquam possit. Quod verò spectatad appendicem, præter ea vetera monumenta, quæ paraverat Mabillonius, nonnulla addidit Ruinartus, quæ ad se post ejus obitum ve nêre.

Cùm à multiplicibus curis, in quas coniecerat Mabillonij mors, paullo liberio rem se sensit Ruinartus, primum consilium fuit egregia clarissimi viri gesta posterorum memoriæ tradere. Ad id non modo hortabatur gratissima in magistrum pietas, sed etiam accendebant nobilissimorum hominum vota & preces, veritorum

gulare prærogativa deberi monentibus ijs, quorum monita præceptoru loco habenda erant; Mabillonij vitæ synopsim, quam vernaculo sermone paraverat Ruinartus, in lucem emitti concesser majores nostri. Edita est igitur, cum maximo bonoru omnium plausu, anno MDCCIX. sanctos Mabillonij mores, ac totius pijssimè actæ vitæ seriem accuratiùs, quam operum ac librorum historiam describens; hæc quippe satis nota, illa minùs.

Totum se deinceps convertit Ruinartus ad Annales Ordinis nostri, quos tamen intactos brevi dimissurus erat alteri, nisi quod quinto tomo, quem paratum reliquerat Mabillonius, plura addiderita Dum enim ad continuandos cæteros probè jam meditatus accessurus erat, prius in Campaniam, Galliæ provinciam, proficisci voluit, locupletissima illius regionis ecclesiarum, & abbatiarum archiva iterum Jam quidem à Mabillonij lustraturus. morte, tum jugis assiduitas morienti noce dieque exhibita, tum pressus, non exstin-&us, hærensque semper animo dolor, valetudinem sensim affecerat, fessumque corpus fatiscebat. Ut tamen sibi minus, quàm quam alijs parcebat Ruinartus, itineri fe commisse sub mensis Augusti finem. Vix aliquo pervenerat, cum missa quietis & valerudinis cura, indefesso labore perquirebat exferibebarque quæcumque ad rem fuam opportuna videbantur. Sic Remos pervenit, commodiori tamen, quam cum hinc discesserat, valetudine. Sed cum peractis ex fententia rebus Parifios revertitur. ad * Altivillarensem sancti Petri abbatiam. Congregationis fancti Vitoni, agri Remenfis, octo circiter millibus à metropoli, divertit. Eo vix pervenerat, cum ipía nocte in febrim quotidianis incrementis gravem incidit, qua per decem, & teptem dies conflictatus, tandem die 27. Septembris, expeditis, & intimo pietatis fensu susceptis ecclefiæ facramentis nunitus, ad funernam

ite, morum puritate, regularis vitæ stuio, animi candore, fingulari comitate, hunilitate fincera, alijsque Christianis ac moasticis virtutibus magis adhuc, quam eruitione commendandus, & ut verbo plucomplectatur, totus ad Mabillonij mastri sui mores, & præscriptum effictus. c enim litterarum studijs indesessus vavit, ut nihil umquam optimæ aketæ ofzijs decesserit, de quibus vel inter ipsas nerum molestias, aut valetudinis incomoda nihil quidquam , quantum licuit, missum voluit. Extremo morbo opessus, inter ipsos continuæ febris ardos, de pascendo solitis lectionibus pijs anio sollicitus erat, consuetasque preces sibi lectum constitutis horis recitari volebar. quamvis in alterius Congregationis mosterio hospes decumberer, cadem tamen monasterij superiores reverentia, ac obeentia erat, nihil vel minimum quidquam inconsultis agere volens.

Quæ fuerit RR. PP. Akivillarenfium hospitem suum humanitas, cura, assiitas, quæ caritatis officia ei certatim expita, vix exprimi potest. Pium erat in-

ter eos de caritate certamen, quis ægroto majori studio, ac impensiori cura ministraret; & cum unus noctu diuque fatis fuiffet ægro ministraturus, plures tamen simul, de hospitis valetudine, quam de sua sollicitiores, viligias noctis, casque sæpius repetitas, agitare pertinaci, sed amico studio volebant, promptam & alacrem operam ad minimum quemlibet nutum oblaturi. Medici & chirurgi è dissitis etiam urbibus & oppidis vocati ; remedia quæcumque opportuniora visa sunt, affatim, & liberaliter ministrata; nullis denique sumtibus & impensis parsum. Hæc breviter commemorare libuit, ut meritam gratiam verbis faltem persolvamus ijs, à quibus obineri nulla ratione potuit, ut furntus facti, ut par erat, refunderentur. Mortuum deMORUM LENITATE, ET DOCTRINA CONSPICUUS, QUI IN HOC MONASTERIO HOSPES EXCEPTUS, GRAVI FEBRE DECUMBENS OBYT DIE 27. SEPTEMBRIS ANNI MDCCIX. REQUIESCAT IN PACE.

Opera.

quam eruditissimo Domno Renato Massueto acceptam reserimus, hactenus recensita sunt; ut tamen nostrum in
annumerandis singulorum titulis, editionibus &c. morem etiam hic obtineamus, en, erudite lector, alium operum à
Ruinarto editorum catalogum!

Acta primorum Martyrum sincera, O selecta ex libris tum editis tum
MSStis collecta, eruta vel emendata, notisque & observationibus ilustrata. 4. Parisis typis Francici Muguet 1689. O fol. Amstelodami
apud Wettstenium anno 1713. Francicè vertit, & edidit D. Drouet de Maupertuis. 8. Parisis 1708. vol. duo.

3 Hi_

Biblioth Benedict.

248

billonij, Presbyteri & Monachi è Congregatione S. Mauri 8. Parisis 1709. . .

" Præter opera superiùs memorata, studiose collegit Ruinartus epistolas omnes: quotquot inveniri potuerunt, Urbani II. Papæ è nostris, quarum plurimæ nondum editæ funt. Collectioni verò præmisit accuratam gestorum ejusdem pontificis historiam, quæ lucem afferat epistolis. Ejusmodi operibus iniquior cum sit turbida bellorum tempestas, tantisper exspectandum, donec reformata pace tranquilliori luce donari possit. Plurimum enam laboravit in conquirendis & colli-, gendis Mabillonij epistolis, ut delectu facto eas in lucem emittere posser, quz , digniores viderentur.

Sed eo labori

CAPUT XXXIX.

D. Thomas Blampin.

Ob. 1710: Homæ Blampino locus natalis fuit Noviodunum, oppidum ad Esiæ fluminis ripam in Picardia adlitum. Prætervectus annum ætatis septimum decimum in Remensi sancti Remigij monasterio solemnem monasticorum votorum professionem edidit Decimo quarto Calendas Januarij anni millesimi, sexcentesimi quinquagesimi noni. Is ad singularem modestiam quæ homini velut * innata videbatur, omnigenarum litterarum, præcipuè veteris Theologiæ, quam Patres posteris reliquerunt, studium & scientiam sic adjunxit, ut ad summum co in genere fastigium pervenisse ab eruditis judicatus sit. Maxima illius gloria est splendidissima, emendatissimaque Operum sancti Augustini, Hipponensis Episcopi editio, quam suis nemo meritis æstimaverit, quin affirmet, eo labore effectum esse, ut tantum Blampino debeat

* Beaugend. Præf. ad Op. Hildeb.pag. VIII.

Augustinus, quantum Augustino Eccle-Opus hoc viginti annorum, & plurium è Congregatione S. Mauri sodalium sudor & labor fuit, quem tamen maximum Blampinus, ejus chori ab ipsa suscepta sparta usque ad felicissimum finem princeps, exantlavit. Idem Notarum, fummo judicio selectarum, observationum, & elegantissimarum, eruditissimarumque præfationum, inter quas, ca excellir, quæ de Pelagianæ hæresis origine Tomo decimo præfigitur, Autor est. Augustinum suum doctissima Congregatio inscripsit Ludovico XIV, Francicorum Régum facile maximo, cujus, utì & Romanz Sedis autoritate fædissimæ nubes, quas aut hæresis, aut invidia, aut denique immenfum partium studium in solertissimos editores conflaverant, dissipatæ sunt. metsi nec ex ipsa Congregatione defuerint, qui frementium, & de Benedictinorum fide malè suspicientium impetum stylo fortiter repellerent. Juvat rem omnem verbis celeberrimi Mabillonij, cui Generalis Præfatio à Du Pin * V. C. tribuitur, referre, ex quibus fimul, quid in hac nova operum Augu-

^{*} Biblioth. Eccles. T. XVIII. pag. m, 225.

Augustinianorum editione à diligentissimo Blampino, ac socijs præstitum sit, nusso negotio intelligetur. Is ita oritur:

" Cùm primùm Congregationis no-, stræ Præpositi fratres nostros ad studia litterarum applicare consuerunt, ca petissimum ab eis delecta sunt studia, quæ , plus utilitatis præ se ferrent, quam " ostentationis, & quæ religiosæ solitu-", dini, & conversationi magis conveni-In co genere nihil aptius aut " opportunius eis visum est, quam re-" cognitio & editio nova sanctorum Pa-,, trum, cùm Latinorum, tum Græcorum: » proptèrea quòd & exercitatio ipsa per s sese maxime conducerer ad lectitanda » & meditanda eorum scripta, in quibus », vera & fincera Ecclesiæ doctrina ac pie-" tas consistit, & non pauca nobis adiumenta suppeterent ad id operis suscipiendum & exsequendum. quibusdam veluti gradibus ad hunc la-, borem, magis arduum cerse ac diffici-,, lem, quàm splendidum, fratres nostri ", idonei & parati sensim redderentur, à " quibusdam veluti rudimentis initium " ducum

, ductum eft, scilicet ab editione selecto-, rum opusculorum sanctorum Patrum; , deinde ab integris scriptis aliorum, do-, nec tandem ad opera fanctissimi Docto ris Augustini ventum est: quibus emendandis, & recognoscendis ut operam " impenderemus " multi Ecclesiæ Illestrissimi Præsules, nec non etiam togs principes viriauctores nobis, & infliga-E primis fuit Illustrissitores fuere. mus Franciscus Harlæus Parisiorum nuper Archipræful, qui hujus operis patronum, & fautorem semper se præstitit: èse cundis Guillelmus Lamonius Se, natûs Parisiensis quondam Princeps, qui, , pro fua in litteras litteratoso; benevolen-" tia typographica nobis domesticam officinam à Rege impetrare & procurate

, mi Viri, ut tantæ molis opus subire no refugeremus.

" His incitamentis commoti supe-, riores nostri, vix tamen ad vastum il-. lum laborem subeundum, ùt erant perspicaces, adduci potuêre; rati, id , quod docuit eventus, rem esse alex, ac difficultatis plenam, cujus si minus , ea succederet, incauta & imprudens molitio nobisprobro verteret; si benè invidia forte in nos redundaret. , Deinde terfferarium videbatur, secun-" dùm Lovanienses Theologos doctissimos de Augustino, totaque Repub-, lica Christiana optime meritos, novam , sancti Doctoris Operum editionem " meditari. Quippe vix fieri posse, ut à ,, nobis corum diligentia æquaretur, ne-" dum superaretur.

" Adhæc recurrebant animo veteres " controversiæ ac rixæ, quæ ex sancti " Doctoris scriptis & doctrina identidem ", in Ecclesia excitatæ suerant; vereban-", turque illi, ne, dum Ecclesæ hoc fra-", trum suorum labore consulere opta-", rent " novarum altercationum semina " inde ,, inde orirentur, uti experientia non fe-,, mel probatum est: nempe quòd tanti ,, viri doctrina & humano ingenio captu ,, sit difficilis, & mortalium cupidita-,, ti ac superbiæ parùm savens, & ac-,, cepta,

", Verum has aliasque difficultates ", prorfus discussica removit summa dig-", natio Ludovici Magni, qui novam ", hanc editionem augustissimo suo no-", mine illustrari, ac patrocinio Regio

" muniri permissic.

" Accessit insuper amplissimum Re-" gis privilegium in gratiam novæ editio-" nis , Illustrissimi Franciæ Cancellarij " Michaëlis Telletij auctoritate, regioque " edicto assertum, reclamantibus & ob-" sistentibus incassum nonnullis biblio-" polis, quos occulti quidam adversarii " ad avertendum novæ editionis pro-" positum clanculum instigabant. Tan-" tis sulti præsidijs, nullum obicem in-" superabilem, nullam uvidiam nobis " formidandam esse existimavimus,

" Jam verò ne hoc confilium ni-" mis audax, ac temerarium videretur; preiverat exemplum Petri Morini Vaticanæ typographiæ præfecti, aliorumque , almæ Urbis eruditorum virorum, Adria-, ni Abbatis, atque Obrij Doctoris Pa-,, risiensis & aliorum, qui primùm Six-, to V. dein Clemente VIII. summis , , Pontificibus, novam sancti Augustini " commentationum editionem post il-, lam Lovaniensem aggressi fuerant, rati ", scilicet egregios esse vaticanos libros, ", quos Lovanienses minime consulue-,, rant, magnumque corum esse nume-, rum, unde variæ lectiones excerperen-, tur; pleraque item, quæ in Lovanienfibus libris, quantumvis accuratis, defiderantur, unde hæc editio christianæ do-" ùt Petrus Orinæ lucem allatura sit, , Morinus scribit in epistola XV. ad Cardinalem Cajetanum, qui prædicto confilio plurimum suffragabatur. Fa-, chum est : collati funt Lovanienses libri ,, cum Codicibus Vaticanis perquam ac-,, curatissimè, & ad marginem appositæ , variantes lectiones ad editionem adornandam, cui Cardinalis Veronæ facri " Collegij princeps præfectus suit. " rùm cùm tes effectu caraiffet; omnes alli , " illæ variationes justu Clementis X. Pon-" tificis à piæ memoriæ Cardinale Bona " nobiscum communicatæ sunt, ut ijs in " nova nostra editione uteremur.

" Comparatis itaque eam in rem his
" & alijs undequaque veterum codicum
" fubfidijs, cùm è nostris, tum ex alienis
" bibliothecis, continuò manus operi ad
" movimus, adhibitis ad conferendos co" dices pluribus sodalibus nostris, non
" folùm in sancti Germani Parisiensi, sed
" & in alijs aliarum provinciarum Con" gregationis nostræ monasterijs; ac de
" mum intra viginti circiter annorum spa" tium, non sine multis expensis & curis,
" certè maximo cum labore, tota hæcedi" tio, Deo savente, omnino absoluta est,

rata effet, commoda, rite illustrata, nul-

, lisque partium studijs addicta.

" Ut esset quam maxime accura-, ta, tres conditiones nobis necessarias , visæ funt : nempe ur contextui genuina integrices ad veteres codices & sinceriores editiones restitueretur; ut certa & germana fancti Doctoris opera fecerne-, rentur à dubijs, & spurijs; & ut editio , ipsa à typographicis mendis, quantum

in nobis effet, repurgata prodiret.

" Ut verò perquam commoda red-" deretur, quatuor potissimum à nobis , curata funt : nimirum operum ordo, , sectiones, summaria, & indices. , ut secundum tempus, quo singula ope-, ra ab Augustino scripta fuere, dispone-, rentur: quo fit, ut lector cum Augusti-, no ipso sensim progrediatur, & profi-, ciat, & priorum cognitio ad posterio-, ra intelligenda lucem præferat, quo de , ordine plura inferius dicturi fumus. , Sectiones, ut non modò capitulis vete-, rum edicionum, quæ subinde prolixio-, ra erant, cujusliber operis contextus & , corpus distinguatur; sed etiam ipsa ca-, pita in minutiores dividentur sectiones,

numericis distinctas notis : tum ut indicata cujuslibet operis sectione facilius inveniatur indicatus locus : tum etiam ut in legendo his veluti intervallis & morulis lectoris leverur labor & adrentio. Ad hæc etiam juvant furnmaria non modò contextús, ad marginem fingulis passim sectionibus apposira, qua fummain rei, qua de agitur, paucis exhibeant; fed etiam omnibus libris, & , plerisque capitulis præmissa, quæ an gumentum cujusque libri & capituli " breviter explicant. Illa verò fumma-,, ria marginalia ex ipfis contextûs verbis, quoad ejus fieri poruit, expressimus, vel , ipla Lovaniensium summaria retinuimus.

" Ad indices quod adtinot, quorum
" commoda et utilitates memo non no" vit, non tantum fingulos fingulis to" mis, et quidem uborrimos, fubileste
" curavimus: verum cuade generalisefeu
" universales in posteriori huces volu" mine contexuimus, ut una compettu
", tora Augustini dostrina de quanta ac", gumento facilius indagari positici

,, Quod adtinet ad ordinem a nobis in hac editione institutum, ejus rationem reddere non admodum opetionem fuerit. Nam totius illius ordinis tenor adeò naturalis, & genuinus videtur, ut sufficiat ad eum probandum nuda ejus expositio.

" In primo tomo, præmissis duobus Retractationum libris, & tredecim " libris Confessionum, quæ subsequenti-" um operum veluti præludia sunt, sub-" sequuntur ca opuscula, quæ sanstissi-" mus Doctor adhuc catechumenus, aut " nondum presbyter elucubravit.

"Succedunt in secundo tomo Epi"ftolæ, numero CCLXX. secundum or"dinem temporum, quoad fieri licuit,
"dispositæ, & in quatuor distributæ
"classes. In prima reponuntur illæ epi"stolæ, quas Augustinus nondum epi"stolæ, quas Augustinus nondum epi"scopus scripsit: in secunda, quas jam
"episcopus ante Collationem Carthagi"nensem & ante detectam in Africa Pe"lagij hæresim dictavit: in tertia, quæ ab
"co tempore ad ipsius obitum scriptæ
R 2

Ē

so funt: in quarta denique, quarum t so pus minùs compertum est. Cur so tem receptum epistolarum ordin so mutaverimus, quidve in commoc so lectorum a nobis hic præstitum so docet ipsius tomi peculiaris Pr so tio.

" In tertio tomo continentur C " scula exegetica, secundum Script " rum ordinem disposita, præsika in " so tomi limine quatuor libele de " strina Christiana, esso de so " opusculorum fundamenti".

" Rejectæ funt in tomum quar " Ennarrationes in Pfalmos.

, In tomo quinto habentur mones ad populum, in quatuor tr 5, Abhine incipiuntOperaPolemica, quorum primas tenent in tomo Septi, mo libri XXII. de Civitate Dei contra paganos.

" Tomus Octavus, præmisso in fronte libro de Hæresibus, exhibet ope" ra polemica adversús Judæos, Mani" chæos, Priscillianistas, & Arrianos: qui" bus opusculis adjuncti sunt libri XV. de
" Trà rase.

Tomus nonus continet Opera po-

itidem polemica contra Pelagianos: quibus scripcis subjunguntur varia monumenta, quæ ad a illustranda possunt conduces. Hactenus de ordine.

" Jam verò illustrandis sanctissimi " Patris Operibus Præsationes singulis to" mis præmittere necessarium duximus, " in quibus res potiùs historicas, quàm " dogmaticas explicare studuimus, ad ju" vandam Lectorum industriam. Ad " hæc plerisque opusculis Admonitiones " præfiximus ad explicandum eorum ar" gumentum. Insuper breviores su" binde notulæ in margine inseriori à no" binde notulæ in margine inseriori à no-

" bis apposita, quibus vel variantes lectio-" nes indicentur, vel obscura loca, maxi-" mè aliorum locorum comparatione, ex-" planantur.

"", me aliorum locorum comparatione, ex"", planantur.
"", In his omnibus id altè nobis ani"", mo infixum fuit, & à Præpofitis nostri
"", inculcatum, ut partium studia in expli"", canda Augustini doctrina sedulò cave"", remus. Quæ res in caussa fuit, ut a
"", profixioribus commentarijs", & obser"", vationibus abstinuerimus", ut ne cui"", quam vel minimum offendiculi præbe"", remus, ullive catholicorum Theologo"", rum sententiæ præjudicaremus.

" Verum quantumvis id curaveri», mus, curandúmque mandaverint Præ" positi nostri; difficile tamen suit, ut ne

nishe doctrine omnino confenencem
confe censuerint; camque his nominibus
fuffragio suo comprobaverint: insurrepries tamen contra post decem ferè annos ab edito ultimo tomo, anonymi
quidam censores, qui furtivis scriptis
hanc editionem, et tantum non fidem
nostram suspectam reddere moliti
funt.

" Ejusmodi scriptiunculis in vulgus Ė , sparsis, commune prudentium ferè , omnium consilium fuit, ut leviores id genus libellos aspernaremur: quippe s, non decere, ut cum larvis & umbris " luctaremur, ne respondendo pondus & , , auctoritatem furtivis illis libellis præ-, beremus: net Beclefia pacem editis ul-, tro chroque, de fic, scriptionibus, per-" turbaremus. Hoc consilium unanimi 3 assensu comprobavêre Præpositi nostri », quod tamen minime impedivit, quo " minus, illis inconsultis, quidam è no-, stris novam sancti Augustini editio-" nem defendendam, tuendamque pro , virili susceperint: ex quibus unus, , * qui tum Romæ versabatur, hujus edi-. tio-

A Bernardus de Montfaucon.

rorum animis quosdam scrupulos ingeneraverint; hos paucis verbis curare in animum sesse induxisse, ratos, id neque regiæ justioni, neque Ecclesiæ paci contrarium, immo utrique omnino consentaneum fore. Etsi enim nihil non catholice, certè nihil non catholice animo à sese dictum esset ; malle tamen dare aliquid teneræ ac piæ illorum circa sidem affectioni, quam superbo sastidio corum scrupulos dissimulare. Aliorum verò, si qui futuri sint, qui contentioso, animo rixas denuo redintegrare pergant, dicas & cavillationes deinceps se prætermissimos, & pro nihilo habituros.

In primis existimant toties repetitam à se omnibus & singulis professionem, am, quantumvis juratam, quantumvis plicatiorem suffecturam esse. Has sippe Constitutiones & ex primis cumbita reverentia & summissione excepision comitiis suis generalibus Præposis suos, easque ab omnibus & singulis, si in coetum suum admittendi essent, bscribi præcepisse.

De octero ultro profitentur, se icerè adhærere ecclesiastics de Gratia-se ditutionibus, quas auper (scribebac et Mabillonius anno MDCC, quo nulla ter Clementem XI. summum Pontisim, & Noalium Archiepiscopum Parimensem lis aut dissensio vigebat) edidenti illustrissimi Archipræsules Carolusmaricius le Tellier Remensis, & Ludovinis-Antonius de Noailles Parisiensis; uorum ut dignitatem & auctoritatem enerentur, ita etiam doctrinam se sequi ilàm agnoscant & glorientur.

Dum sic Romanis Pontificibus, alique Ecclesia Prassulibus, quas Christus ominus dostrina arbitros & judices anstituit, demissis animis obsequantur;

ne, tum Mabilionius ad ea, quæ adve in nova editione improbaverant, & pugnarant, progreditur, obsevius si dicta, planius explicat, objecta diluis na propugnat, & vindicat, ne minus bus quidem prætermiss, *, ut ve prum controversias auserret. Que quam, inquit, corum, qui veterum presente student, messe essente conditio, si in ipsas etism Nesse eorum marginales, ut contra no hac editione actum est, impune madvertere, & in singulas earum si pas ad severam immitis censuræ tra nam discutere quibusvis iniquis censura censura censura discutere quibusvis iniquis censura censu

, assequatur, aut perfecté reddat; qui , denique tam brevi verborum com-, pendio pagellam quandoque integram , ad amussim explicare possit?

Verùm quantumvis injusta sucura in sit quorumdam in nos hominum cen-

, sura, institutum nihilo minus nostrum, Deo savente constanter persequemur:

, & si quidem nobis esse molesti per-

, gent illud nobis folatio erie, quòd ca-

, dem fors olim contigerit veris Augu-

, stini discipulis, in primis Casario Are-

, latenfi episcopo, cujus fides ob prædi-

, catam fanctiffimi viri doctrinam à qui-

, busdam obtrectatoribus infamata est.

"Hinc collecta Valentiæ Synodus, Episcoporum, quibus Cæsarius sidem, suam approbavit. Quin etiam Boni, facius Pontifex Romanus, calcata jurgantium malevola intentione, prosecutionem sancti Cæsarij apostolica auctoritate irmavit, ut Cyprianus Tolonensis Anti-les in ejus vita tradit.

" Quamquam melius fortasse nobis de hominum æquitate sperandum sit. Fortè enim, ut verbis Augustini " utamur, si qui aliter senserint, * quando secum ipsi paululum sine certandi studio cogitaverint, quàm sit absurdum, nec dignum disputatione, quod dicunt, continuò sententiam commutabunt. Quod si noluerint, non usque adeo de humanis sensibus desperandum est, ut metuamus, ne hoc cuiquam persuadeant.

Postremò doctissimi, & integerrimi Editores, siducia, certæque victoriæ jam jam conscientia pleni, ad illustrissimum Gallicanæ Ecclessæ Clerum se convertunt, præfationemque eruditissimam perorante Mabillonio hoc epilogo conclu-

dunc.

" Quid jam nobis aliud restat post diuturni se laboriosi operis opeatum finem, quam ut turelam ac præsidium "Illustrissimorum Gallies Antistitum demisso, sed alacri tamen animo deposeamus?

"Recilicet cum admirabili divine Providentia confilio factum fit, ut far-"Chiffimi EcclefiæDochoris Augustini no-" va operum edicioni suprema rum a " nobis imponeretur manus, cum ad ge-

; ,, mera-

De pecc. merit n, 22.

neralia Comitia ex omnibus Regni partibus unà convenirent ad fanum fancti
Germani: nihil nobis opportunius,
fortunatiusve contingere potuit, quàm
te eos appellaremus qualiscumque laboris nostri judices & arbitros, qui &
dignitate sua constitui sunt à Deo pastores ad regendam Ecclesiam, & ad Catholicæ doctrinæ Sacro-Sanctum de positum vigili cura apostolicaque aucoritae tutandum.

" Atque hoc præcipuè nomine, il-" lustrissimi ecclesiæ Principes, Augusti-, num adducimus ad vos, qui totus ,, quantus est, sub unius veluti tabella " conspectu oculis vestris contemplan-, dus objicitur. Neque verò conspe-, dum vestrum reformidare potest vete-,, ris, & avitæ fidei propugnator acerri-" mus, qui caussam Ecclesia totics a se " defensam, majorum quoque vestro-, rum præsidiis toties suffultam haud ig-, norat, quam & à vobis, qui ipsorum , vestigiis lubenter insistitis, non dissimi-, li animo atquestudio sperat hodie pro-, puguandum. " Hinc "Hinc in nobis oritur non dubia " spes, vos nuper elaboratæ Augustinia-" norum operum edicioni propitios sore; " neque vestrum illius viri lucubrationi-" bus desuturum patrocinium, quem " Specialem sidei patronum vos universi cum beato Prospero incunctanter agnoscitis.

"Nihil hic necesse est à nobis com"memorari, quanta fuerit olim Gallica"norum cum Romanis Præsulibus consensio in sancti viri commendandis
"operibus. Exstant tum sedis Aposto"licæ Pontificum Innocentij, Cœlestini
"& aliorum; tum Gallicanarum Syno"dorum Arausicanæ, Valentinæ, & aliorum consignata litteris monumenta,
"quibus Hipponensis Antistes & inter
"optimos Eclesse magistros anaumera"tur, & tamquam antique sidei custos
integerrimus ex omnium communi
"voce & sensu declaratur.

"Isthec equissima veteris Loclopudicia de sancti Presulis doctrins de Fide, ut animos addidére nobisad intimensi laboris onus subcundum in

[&]quot; S, Prosp. spik ad Angel,

effecère, ut ea, qua par erat, religione doctifimi Antifitis scripta adtingeremus; pia nimirum sedulitate religiosaque cautione opus esse rati, ut qua
mente, quo consilio, qua side primum prosecta essent ex sanctissimi
Doctoris ore & manu utilissima opera, rursum ederentur à nobis pari side, animo, atque proposito, in universalis ecclesiæ decus, commoda atque
præsidium.

" Quis conatuum nostrorum in tam arduo incepto fuerit successus, palam edicere cum vetat pudor, tum penè universorum in Ecclesia ordinum, in primis vestrum omnium benignissima de illo judicia. His amplifimum labori nostro præmium, certè exspectatione nostra & merito nostro longè majus, non sine grati ac demissima animi tacita significatione experti sumus.

" Istis autem bonarum vestrarum " voluntatum testificationibus freti atque " confisi, querimonias obtrectantiŭ non-" nullorum facilè insuper habuimus. Id " enim nobis certò persuasum suit, na", vatam à nostris in Augustino illustran-", do operam calculis universorum com-", probandam, cum its placuerit, penes ", quos istarum rerum & judicium, & ar-", bitrium esse universi confitentur.

bitrium esse universi confitentur.

3, Neque verò exspectatio ista nos

3, sefellit. Novum ecce & ingens open

3, nostro præsidium accedit ex nupera

3, per Apostolicam sedem damnatione,

3, libellorum, quibus invidia gravare nos

4, moliebantur haud æqui laborum ac si

5, dei nostræ æstimatores. Palmarium

5, adversus istos desensionis nostræ incre

5, mentum afferet Augustissimi Cœus

5, vestri auctoritas & suffragium: atque

5, judicij significationem eò impensius

6, judicij significationem eò impensius

7, liberiusque deposcimus, quo totum

lla delebit ætas, nulla lacessere in pocrum audebit manus atque proteria: pro quo infigni favore atque beefacto, Clarissimi sancta Religionis intistites, & vobis singulis, & unierfo facro-fancto Ordini vestro actui, acque habituri fumus immortales ratias. Hucusque pro doctissimo oma Blampino, editionis Augustinia-Moderatore, reliquisque laborum so-Mabillonius, quibus ad universi openatarumque exinde controversiarum itiam nihil modestiùs, verius, aut eletius scribi poterat. De vita exivit npinus in inclyto Floriacensi Monaio Idibus Februarii anno millesimo. ungentesimo, decimo, cum paulo ann Remensi sancti Remigij Archimoterio Prioris munus cum laude obiis-

Opera.

Ancti Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi opera omnia post LovaniennTheologorum recensionem, castigata uo ad manuscriptos codices Gallica276 Biblioth. Benedict.
nos, Vaticanos, Anglicanos, Belgicos &c.

nec non ad editiones antiquiores, & castigatiores. fol. Parisiis typis Francisco Muguet, Tomi XI. quorum annos & crdinem sic signat exemplar, quo hic us suimus.

Tomus I. anno 1689, re vera 1679. Tomus II. 1688.

Tom. III. Pars prima 1689.

Pars secunda 1690.

Tomus IV. 1691.

Tom. V. Pars I. 1683.

Pars II. 1683.

Tomus VI. 1685.

Tomns VII. 1685.

Tomus VIII. 1694.

Tomus IX. 1694.

Mauriana Lib. I. 277 lenique addenda & corrigenda. Ibidem 1700.

Præfarionem Generalem Mabillonij sse, supra ex Cl. Pinio monuimus. Eidem pistolam totius operis nuncupatoriam d Ludovicum XIV, est, qui tribuat, adlatque, Regi maximo fuisse oblatam idionate Francico, in quod illam Ludovicus lustellus antea converterit; quam naratiunculam in medio relinquimus.

Editio hæc in Belgio typis repetita uit Tomis Duodecim, quorum ultimusincribitur Appendix Augustiniana, in qua unt sancti Prosperi sarmen de ingratis um notis Lovaniensis Theologi, Joannis Jarnerij S. J. Disfertationes pertinentes ud historiam Pelagianam, Pelagij Britani Commentarij in Epistolas S. Pauli, ac tenique Desiderij Erasmi, Jo. Ludov. Vivis, Jacobi Sirmondi, Henrici Norisi, Joannis Phereponi & aliorum prasationes, censura, nota, & animadversiones in mnia Augustini opera. Antroverpia upud Petrum Mortier 1703.

CAPUT XL. D. Gabriel Gerberon.

Ob. 1711.

Abrielis Gerberonij maxima vitæ pan tragædia, & inimicæ Fortunæ ludibrium fuit. Is exortus apud fancti Carilephi oppidum in Diæcesi Cenomannersi, monasticorum votorum professionem secit in Redonensi sancti Melanij monasterio Tertio Idus Novembris anno millessimo, sexcentesimo, quadragesimo nono, annum ætatis agitans primum & vigessmum. Postea ob virtutis, & doctrinæ, quam ingenij acumine, perpeti labore, ac pervestigatione sibi pepererat, opi-

icione ponitur. Itaque anno millefisexcentesimo, octogesimo terrio, ut orum fatellitum ad fe comprehenden-1 emissorum manibus subduceret se m annuente loci Priore vertit, ac in viam concessir. Hinc cum plusculis s moratus effet, nec à litterarum stuquidquam remifisset, tandem Bruxelsu Mechliniensis Archiepiscopi, Hum-Guilielmi à Precipiano, sibi dudum ifi, captus, in tetrum carcerem cons est anno millesimo, septingentesi-Inde Gerberonius, cum ab tertio. iepiscopi tribunali, ad quod non serjuris via & ordine damnatus fuerat, anum Pentificem appellasset, ne aptionem persequi liceret, primum ansillesimo, septingentesimo quárto ad n Ambianensem, deinde post triena ad castrum Vicennarum propè Pas transvectus, arctissiméque conclusus rique ad annum millesimum, septinesimum decimum, quo tandem suis ibus redditus, Senio & morbo confeac paralyticus, missus est in Dionyım propè Parisios monasterium, unde mortuus emersk nunquam. m_{SMD} mam edidit Vir ingenio, & calamitate magnus Quarto Calendas Aprilis anno milletimo, feptingentefimo, undecimo.

Opera.

A Pologia pro Ruperto Tuitiens. 8. Parisis apud Carolum Saureux 1669.

Marij Mercatoris Acta cum notis, Jub nomine Germani Rigberij 24. Bruxel-

lis 1673.

S. Anselmi Cantuariensis Episepi opera omnia; nec non Eadmeri monachi historia novorum, & alia opuscula. sol.

Parisijs 1675. - - -

Examen general de tous les etats, O conditions, O des pechez, que l'on y pent commettre. i. c. Examen generale omnium statuum, O conditionis cujus-cunque hominum, ac peccatorum, que in ijs committi possunt. 12. Vol. duo. Parisijs 1676.

Histoire de la Robe sans conture de notre Seigneur, qui est gardée dans le monastere d'Argenteuil, avec un abregé de l' histoire de ce monastere. i. c. Historia de Veste Domini N. J.C.inconsutili, qua servatur in monasterio Argentevilano, cum brevi chronico ejusdem loci. 12. Parisis 1677.

Le Miroir de la pieté Chretienne, ou l'on considere avec des restexions morales l'enchainement des verités Catholiques de la pradestination. E de la grace de Dieu, E leur alliance avec la liberté de la creature. i. c. Speculum Christiana pietatis, in quo moralibus considerationibus series, E connexio Catholicarum veritatum de Pradestinatione, E Gratia Divina, ac harum utrarumque cum libertate creatura expenditur. 12. Leodij 1677. - -

Acque hæc sunt, quæ Gerberonius, dum in Congregatione S. Mauri ageret, certè, ac indubitaté scripsit, auc edidit. Cæterùm in Frocessu Officij riscalis Curiæ Ecclesiasticæ Mechliniensis contra Domnum Gabrielem Gerberon, Bruxellis an. 1705. 4. typis viduæ Petri de Velde excuso, ei etiam alia plurima tribuuntur, qua side? expendet Lector.

CAPUT XLI.

D. Franciscus Lamy.

. 6b. 1711.

Rancifcus Lamyus Montyrello (vulgò Montyreau) ex Carnotensis Dicecesis vico profectus, Ordini sancti Benedicti fidem suam solemni ritu obligavitia Remensi sancti Remigij Monasterio Pridie Calendas Julij anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo nono, attis trigesimo tertio. Nobili genere natus antequam suavi Christi jugo colla subderet, in Ludovici XIV. castris stipendia fe-Factus Cenobita se totum in Dei. naturæque contemplationem abdidit, lueulentam difficillimarum, ac maximè reconditarum rerum cognitionem conse-Perpetuo meditandi studio accessit ingenium perquam elegans, oratio tería, ac perpolita, mores candidi ac probi, quibus effecit; ut ab omnibus piisac doctis subtilissimi, Philosophi & integerrimi Cœnobitæ loco haberetur. litteris commendavit & edidit sermone

patrio, Latino nihil, suntque Francisci pleraque vel Philosophica, vel Philosophicis intertexta. E custodia corporis evolavit in sancti Dionysij monasterio Tertio Idus Aprilis anno millesimo, septingentesimo undecimo.

Opera.

Paraphrase sur les paroles de la Prefession religieuse, selon la Regle de S. Benoist: Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & vivam &c. i.e. Paraphrasis in hac verba, que in religiosa prosessione secundum Regulam S. Benedicti adhibentur: Suscipe me Domine secundum eloquium &c. 24. Parisis

Conjectures physiques sur deux colomnes de nüée, qui ont paru depuis quelques années, & sur les plus extraordinaires effets du tonnerre, avec une explication de ce qui s'est dit jusques ici des Trombes de mer. i. e. Conjectura physica de duabus columnis nubium, que ab aliquibus annis apparuerunt, & de rarissimis essectibus tonitrui. Accessit explicatio eorum, que hactenus de Tubis marinis di

sputata sunt. 12. Parisijs 1689.

Verité evidente de la Religion Chretienne, ou, Elite de ses preuves, & de celles de sa liaison avec la divinite de Jesus-Christ. i.e. Religionis Christians veritai evidenter demonstrata & c. 12. Parissis 1694.

refutation du système de Spinosa. i. c. Novus Atheismus subversus, seu refutatio systèmatis Spinoziani. 12. Parisijs 1696.

* Du Pin : 1695.

Des Sentimens de pieté sur la profession Religieuse. i. c. considerationes Ascetica, ac pia cogitationes de prosés sione religiosa. . . Parisis 1697. ex side Pinis.

e. De la Connoissance de soi même. i. e. De Cognitione sui ipsius. 12. Parisis

Beyy. fex volum.

Lettres du R.P. Lamy Religieux Boniediction, pour repondre a la crisque du R.P. Mallebranche, Presere de l' Onutoire, sur les trois derniers ecluireif-Jonnens de la comoissance de soi mê-

[&]quot;Nov. Biblioth, T. 29. P. 322.

, touchant l'amour desinteressé. i. e. P. Francisci Lamy Epistola, quibus ad P. Mallebranchij, Oratorij Presbyteri suram respondetur, ac desenditur id, ad in Opere de Cognitione sui, de amo-Dei puro & indisserenti, ex Malleitnchio allatum est. 12. Parisis 1699.

Lettre d'un Theologien a un de ses sis, sur un libelle, qui a pour titre: tre de l'Abbè * * * aux RR. PP. Bedictins de la Congregation de S. Maur, le dernier tome de leur edition de S. gustin. i.e. Episola cujus dam Theologus ad amicum de quodam libello, cutitulus: epistola Abbatis * * * ad t. PP. Benedictinos Congregationia cti Mauri de ultimo tomo Operum Augustini ab eisdem editorum. 12.

Plainte de l'Apologiste des Benedins ns à Messeigneurs les Prelats de ance. i. c. Vindicis Benedictinorum; rela ad Prelatos Francia 8. 1699....

Les Leçons de la Sagesse sur engavent au service de Dieu. i. a Docu-

La Rhetorique de College par son Apologiste dans son tras la veritable eloquence, contre de la connoissance de soi même Rhetorica Gymnasiis Mazarinian dita a suo Vindice in tractatu i ra eloquentia, edito adversus opus gnitione sui ipsius. 12. Parisiis 170 Les premiers elemens des sci

i.e. prima Scientiarum elementa. 1


rifiis 1706.

Lettres Theologiques & moral quelques sujets importans. i. c. E Theologica ac morales de quibusdas vioris momenti rebus. 12. ibid. 170

3IBLIOTHE-CÆ ENEDICTINO-

MAURIANÆ LIBER II.

Jomplectitur Scriptores, qui hodiéque in Congregatione S. MAURI florent.





CAPUT I.

D. Simon Bougis.

CImon Bugisius, ortu Sagiensis ad vovenda solemnia Ordinis Benedictini vota in monasterio Vindocinensi admissius est Pridie Nonas Julij anno Christi millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo primo, ætatis suæ altero & vigesimo. que prudentia, & agendi dexteritate polleret, primum Admodum Reverendo Patri D. Vincentio Marsolles, Congregationis fancti Mauri Superiori Generali à secretis, & epistolis, deinde post AA. RR. DD. Benedictum Bracher. & Claudium Boistard in codem sacro magistratu etiam foffectus fuit. Studia litterarum semper egregiè fovit, & dum per ætatem licuit, ipse perdiligenter excoluit, veteres etiam codices inter se conserre, * variantesque •olli illorum lectiones cum suis eruditis sodalibus communicare solitus. Nunc omnibus honoribus & muneribus, quibus summa cum laude persunctus est, depositis, vitam privatam agitat in Monasterio sancti Germani à pratis.

Opera.

Edidations sur la vie purgative, & Sur les mysteres de l'avent, de la Passion, & de la Resurrection de nostre Signeur. i. c. Meditationes de vita purgativa, & de mysterijs Adventûs, Passionis & Resurrectionis Domini nostri JEsu Christi - - Parisis 1674. Haud scio, an âb hoc opere diversum sit id quod sequitur:

Meditations pour les Novices, & les Jeunes Profés, & pour toutes sortes de Personnes, qui sont encore dans la vie purgative Par Dom Simon Bougis i.c. Meditat ones sacræ pro Novitijs & Junioribus professis, ac omnibus, qui adhuc in via & vita purgativa versantur. 4. mai. Parisijs apud Petrum de Bats. 1684.

CAPUT II.

D. Robertus Guerard.

Obertus Guerardus inter homines esse cœpit Rotomagi anno receptæ salutis millesimo, sexcentesimo, quadragesimo, primo. In Bene-dictinorum è Congregatione sancti Mauri Sodalium numerum voto adscriptus est Gemmetici Nono Calendas Octobris anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo nono. Is ab anno millesimo, sexcentesimo, septuagesimo primo usque ad millesimum, sexcentesimum septuagesimum quintum ad recensenda, & perpurganda sancti Augustini opera summo cum studio Francisco Delfavio præsto suit, socius deinceps non minùs calamitatis, quàm laboris. fulmine, quod Delfavius Abbate Commendatario foras dato in caput acciverat, Robertus quoque afflatus, aliquot annorum exilio in monasterio sanctæ Mariæ de Amburnago multatus est. Neque tamen copta femel illustrandi Augustini consilia dunensibus, Genevensibusque, quæ propinquiores erant, Bibliothecis, maximam
antiquorum Codicum, variarumque lectionum vim collegit, quibus postea mirum quantum lucis, summi illius Doctoris
libris, præsertim operi Impersecto adversus Julianum affusum suit. A morte Delsavij Robertus de exilio revocatus: & tranquillè vivere in quodam Rotomagensis
Diœcesis monasterio permissus est, ubi
septuagenario nunc major selicem vitæ terminum opperitur.

Opera.

Bregé de la sainte Bible en sorme de questions & reponses samilieres i.c. Compendium Sacrorum Bibliorum, interpogationibus, & responsionibus samiliari-bus constans. 12. Rotomagi 1708,

CAPUT III. D. Michael Gourdin.

Ichäelem Gurdinum, Monstrolium, Diœcesis Ambienensis oppidum is lucem

ucem edidit anno millesimo, sexcentesino, quadragesimo primo. Mundi curas rum veste à se abiecit anno millesimo, sexentesimo quinquagesimo nono, proxinoque Benedictinum institutum solemliter vovit Quinto Nonas Maias in sancti aronis Monasterio Meldensi. uperest septuagenario major.

Opera.

[Llustrissimi Principis D. D. Guillelmi Egonis Landgravij Furstembergij, se-enissimi Archiepiscopi Electoris Colonieni s Legati, violenta, abductio, & injusta etentio. 12. Antwoerpia 1674.

CAPUT IV.

D. Leonardus de Massiot.

Eonardus de Massiot in Ordinem sandi Benedicti, factis folemnibus proissi, in Claromontensi sancti Illidij cœobio, cooptatus fuit Tertio Idus Octobris. mo millesimo, sexcentesimo, sexagesio secundo, ataris acta decimo nono. Is TA

306 Biblioth. Benedict.

luce, que Viro doctissimo in Nobiliace S. Leonardi vico, Diœcesis Lemovicer primum obtigit, hodicque fruitur.

Opera.

Raité du Sacerdoce, & du Sacri de JEsus-Christ. i. c. Tractatus Sacerdotio, & Sacrisicio Domini No JEsu Christ. 8. Pictavij 1708. --

CAPUT V.

D. Claudius David.

Laudius David, genere Burgundt Divione natus anno millesimo, se centesimo, quadragesimo quarto, Be

Opera.

Issertation sur les ecrits de S. Denis l'Areopagite, ou l'on sait voir, que saint est l'autheur des ouvrages, qui ortent son nom. i. c. Dissertatio de scritis sancti Dionysij Areopagita, in qua emonstratur, eum esse autorem operum, uibus nomen S. Dionisij Areop. prasigiur. 8. Parisiis 1702.

CAPUI VI.

D. Nicolaus Le Nourry.

è celebri Nortmanniæ portu, Diœelis Rotomagensis ortum ducit, atque ruditissimis Congregationis sancti Maularibus solemni votorum sponsione ccessionem attulit Gemmetici Octavo dus Julij anno millesimo, sexcentesimo exagesimo quinto, jam indeprus annum ratis octavum decimum. Eum nunc ruditiores quique homines tanquam sirum ecclesiasticæ eruditionis laude

longè maximè conspicuum venerantur! Neque id sanè citra Nicolai meritum. Pracer studium enim in Garetij Cassiodoro collocatum octo annorum laborem, quo Domno Jacobo du Frische in adornanda Operum sancti Ambrosij nova editione plurimum commodavit, do-Aissimo suo in Bibliothecam Maximam sanctorum Patrum Apparatu universam Rempublicam Litterariam sic sibi devinxit, út qui maximé. Porrò non i jucundum fore arbitror hujus erudicissimi Operis occasionem, argumentum, m-Clandi modum, & id genus alia, Nicolai verbis enarrare; ex ijs enim quisque facilè cognoscet, quid ab Nurrio adhuc præstitum, quid denique sperandum sit. In hunc igitur modum ad le-Corem præfatur:

"Rationes tibi pie, & erudite Le-"Ror, olim reddidimus, quibus viri "doctrina & eruditione præstantes, no-"bis, aliorum quoque eruditorum im-"pulsu de adornanda nova Patrum Bi-"bliotheca seriò cogitantibus hunc ad "eam Apparatum præmittendum esse "persuaserunt. Ad illum autem citius 🍃 publicandum nos eo potissimum urge-, bant argumento, quod in omnibus " Patrum Bibliothecis nullum plane, , aut certè vix ullum cujusvis Scriptoris , verum, genuinumque Opus à falso, & " adulterino distinguatur, nullum pror-, sus ad certas criterij leges sit examina-, tum, ac nulla tandem, aut paucissima, , quantumvis obscura & difficilia cujus-, libet Auctoris loca ab ullo umquam , explicata enodataque fuerint. Quaprop-" ter quia plurimi, qui Patrum Biblio-" thecas pervolvere solent, sæpiùs in er-,, rorem inde induci poterant; idcirco . docti illi homines communi corum , utilitati consultum esse volentes, jure prorfus haud immerito contendebant ,, ca omnia, que jam à longo tempore , in omnibus Patrum Bibliothecis desi-,, derabantur, hoc Apparatu nostro esse , supplenda.

, Atque ut acriores stimulos nobis , admoverent, addebant cos, qui Lug-, dunensi Patrum Bibliothecæ præpositi , fuerant, summam hujusce Apparatus , necessitatem probè quidem agnovide.

enpse ...

acque suam ideò obligavisse sidem, soi re aliquando, ut eum publicam emisterent in lucem. Verùm quando quidem hi nimio haud dubiè labore, maximisque dissicultatibus ab eo opere deterriti, tam solemnibus promissi non steterant; inde illi, ex quorum pendebamus arbitrio, hunc Apparatum à nobis, priusquam accuration, Patrum Bibliothecæ operam daremus, absolvendum esse censuerum.

"His itaque rationibus victi penitus & expugnati, ac nequidquam virium nostrarum imbecilitatem excufantes, ad gravissimum illud onus subundum ab iis compulsi & coacti sumus, quorum imperio & voluntati non parere sas nobis numquam su fuit.

, In hoc igitur Apparatu nostro
, omnia veterum Ecclesiæ Patrum, &
, antiquorum Ecclesiasticorum Scripto, rum Opera, quæ in maxima Lugdu, nensi Bibliotheca typis impressa sunt,
, ad severiores criticorum regulas sin, gulatim examinare suscipimus. Pri-

mum verò ea, quæ ad omnes cujusque sæculi scriptores generatim pertinent, expendimus, palamque sæcimus, quod fuerit corum ingenium, quæ studia, quæ occupationes, quæ scribendi occasiones, quos Ecclesæ inimicos: ac potissimum hæreticos impugnaverint, & debellårint, ac quæ suerint eorum, cæterorumque Christianorum Scholæ, & gymnasia, quidve in eis doceretur.

parte nostra, exhibemus cujuscumque lucubrationis analysim. Tum investigamus, an genuinum, autaduscerinum sit illius, cui adscribitur, austoris opus, qui adhuc supersint manuscripti ejus codices, ac quando, ubi & quoties typis sive græcis, sive latinis editum fuerit.

" Post hæc autem novis animadversionibus & notis omnia difficilia, salebrosa, ac notatu magis digna ejusdem commendationis loca, ordine, quo possumus, dilucidiori enucleare, explanare, & confirmare conamur. Ab, his verò, quæ ad sacram spectant Scripnus, quid hujusce lucubrationis au tor de veteris, novique testamem scriptoribus, divinoque illorum adfant statuat; quos libros in sacro ponat cam ne, vel ab eo excludat; quo sacræ scriptoribus ræ in loco testimonia ab eodé auctores tata nec ab alijs indicata occurrat; quantumve à sacro textu dissideant; atque ea demum, tametsi pauca sint, sedulo notamus, quæ nec ab alijs, neci nobis in eodem sacro Scripturæ tem

, poruerunt hactenus reperiri.
, De Laudatis quoque ab auctor

nostro virorum Apostolicorum: & aliorum deinceps Scriptorum Operibus, de divinis & humanis, sive scriptis, sive nos feriptis traditionibus, ac de veræ Eccle pandimus Christianorum instituta, virtutes, mores, consuetudines, usus, abusius, ac varios spiritualis & mysticas, ut aiunt, eorum vitæ ad summum usque perfectionis apicem progressus. De illorum quoque constanti & publica coram tyrannis Christianæ sidei consessione, seu martyrio, & martyribus, quæ obscurius dicta sunt, excutere non omittimus. Denique de erroribus, & hæreticis, quorum mentio sacta est, sic disserimus; ut quidquid in eorum, sicut aliorum omnium commemoratione occulti, & abstrusi occurrat, illum pro ingenij nostri viribus retegere, & planum cuilibet sacere adnitamur.

Quibus quidem ita explicatis, ad
eorum transimus expositionem, quæ à
s, Scriptore nostro de Ethnicorum relis, gione, ac impio idolorum cultu litteris,
s, ac memoriæ mandata legimus. Conas, mur itaque singula quæque patesacere,
s, quæ ab illo de idolosariæ origine, de
s, falsis, sictisque tam dijs, quam deabus,
s, de illorum templis, aris, simulacris, statuis, imaginibus, mysterijs, sacriscijs,

oraculis, alijsque nefarijs superstitionibus implicatiùs scripta sunt.

dentes, manifestum utique facimus, quid ab auctore nostro de philosophia, utilitate, & necessitate, quid de philosophorum ex sacra Scriptura surtis, at que expilationibus, quid de illorum patria, ætate, varijsque sectis & opinionibus, quid de mulieribus etiam philosophis, quid de barbaris, qui ante Græcos philosophati sunt, quid de septem, Græciæ sapientibus, ipsorumque & aliorum sententijs, effatis, philosophandi, ratione, ac de ethnicis legislatoribus, & vatibus statutum, traditumque sucrit.

" Postea verò cùm de eodem Scrip" tore ad artium, scientiarum, & aliarum
" rerum inventores, venimus, investiga" musque, quid ab unoquoque inventum
" dicatur, ac qui de rerum inventoribus
" scripserint. Nec minùs enucleate de" monstramus, quinam magistri discipu" los sibi secerint similes. Pari quoque
" modo mutua græcorum surta retegi" mus, atque ibi diligenter perscrutamur,

quinam integra sib falsò adtribuerint aliorum Opera, libros, & commentationes.

,, Ad ipsasmet postmodum Artes, disciplinas, & scientias progredimur, ae eodem modo ponderamus, quid ab auctore nostro de varijs gentium dialectis, de humana, belluinaque cognitione, de vera, falsave opinione, de demonstratione, scientia, Sapientia, prudentia, grammatica, Dialectica, Arithmetica & numeris; de Musica, Geometria, Architectura, Nautica, atque Astronomia, alijsque disciplinis posteritati sit proditum.

" Inde procedimus ad indagandos paganorum mores, & exploranda fingularia quædam, & præclara nonnullorum populorum, hominum, mulicrumque facinora. Neque ea fine aliqua observatione prætermictimus, quæde quibusdam Poëtrijs & Poëtricibus, ac de quibuslibet Scriptoribus, sive Oratoribus, sive Historicis, sive Poëtis, atque akijs Auctor noster observanda esse judicavit.

" Denique de amissis disserimus ejus " Operibus, & de ijs , quæ ille scripturum " seesse promiserat, vel salso illius nomi-

" ne circumferuntur. Aliquam verò si

" exhibeat, chronographiam, ea cum alijs

. accuratioribus composita, finem disqui-

" fitionibus nostris imponimus.

Hic universi Operis Nurriani conspe-Que, hæc structura est, cui cum dignitate ac laude sustinendæ nemo par fuerit, nisi qui universam propemodum Antiquitatem, omniumque gentium studia, linguas, mores, aliaque infinita animo comprehenderit. Sustinuit tamen Nicolaus, sustinebitque, dum Deus vitam, quam longissimam exoptant eruditi omnes, produxerit.

Opera.

SAncti Ambrosij Mediolanensis Episcopi Opera omnia, ad manuscriptos codices Vaticanos, Gallicanos, Belgicos &c.
nec non ad editiones veteres emendata.
fol. volum. duo. Tomus prior prodijt Parisijs typis & sumtibus Johannis Baptista
Coignard 1686. Posterior vero ibidem

apud eundem anno 1690. Opus hoc partitis cum Domno Jacobo du Frische ope-

rîs Nicolaus vulgavit.

Apparatus ad Bibliothecam Maximam veterum Patrum & antiquorum Scriptorum Lugduni editam. In quo quidquid ad eorum scripta & doctrinam, variosque scribendi. & docendi modos pertinet, Dissertationibus Criticis examinatur, & illustratur. Tomus I. de Scriptoribus primi & secundi Ecclesia saculi, ac de omnibus Clementis AlexandriniOperibus. fol. Parisiis apud Joannem Anifson 1703. Columna 1339. exstat Admonitio in Chronographiam Clementis Alexandrini, quam his verbis finit: caterums si quid in hoc nostro haud parim molesto, laboriosoque Opere tibi arriserit, scias velim illud non tam nobis, quam sodali nostro Johanni Liron, ad alia studia, de quibus ratione aliquando reddemus: jamjam properanti esse tribuendum. Apparatus hic primum editus fuit in 8. Parisiis apud memoratum Joannem Anissoni-um. duobus Tomis distinctus, & quidem prior anno 1694. posterior anno 1697. Deinceps omnes sequentes Tomi in for-ZZJ8 ma majori, seu in folio excudentur. Se; cundus sub prœlo nunc sudat.

Lucij Cecilij Liber ad donatum Confessorem de mortibus persecutorum, hactenus Lactantio adscriptus, ad Colbertinum codicem denuo emendatus. Accessit Dissertatio, in qua de hujus libri, Autore disputatur, & omnia illius loca dubia illustrantur. 8. maj. Parisiis, apud Johan. Baptistam Delespine. 1710.

CAPUT VII.

D. Johannes Paulus du Sault.

Dohannes Paulus du Sault, Vir operibus pietate, ac sacra eruditione plenis inter suos celebris, apud Fanum sancti Severi in Capite, ut ajunt, Vasconiz, diœcesis Adurensis exortus est anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo. Solemnia Ordinis Benedictini vota edidit in monasterio beatæ Mariæ Deauratæ apud Tolosates Duodecimo Calendas Junij anno millesimo, sexcentesimo, sexagesi-

gelimo septimo. Ei hactenus divina Benignitais hoc vitæ munus salvum esse voluit.

Opera.

E Ntretiens avec J. C. dans le tres S. Sacrement de l'autel. i.e. Sacra Colloquia cum Domino nostro JEsu Christo in sanctissimo Sacramento Altaris 12. Tolosos 1701. volum. Quinque.

Avis & Reflexions sur les devoirs de l'etat religieux. i. c. Consilia, & Considerationes de Officies status religioss...

Ibid. 1706. volum. Duo.

CAPUT VIII.

D. Johannes Martianay.

Johannes Martianæus, Vir Græcè, ac-Hebraicè longè doctissimus, è Vasconibus est. Initium vivendi apud sancti Severi oppidum in Diœcesi Adurensi cœpit anno millesimo, sexcentesimo, quadragesimo septimo. Ordinem sancti Benedicti delegit, in coque solemnibus vo-

U 3

sis defunctus est in Tololano heatze Ma. niz Dezeratz monasterio iplis Noni Augusti meo millelimo, lexcentelimo, fexagelimo ociavo, à quo tempore facts liceres, fanctorumque Pagrum monumenta. & commentarios de manibus nunquam deposuit. Cùm propè innumeras Aquitaniz, Occitaniz, Nortmanniz, reliquaque Francia Bibliothecas perlustrasset, coque in labore * trigina ipses amos collocasset, in hominem Antiquicatum Eccleliasticarum, Scriptorum, Codicumque veterum litteratissimè peritum evalit. Divinas Litteras ** Arclare, Avc. nione, Burdegalæ, & in Monasterio B. Mariz de Crassa in Dicecesi Carcassonensi suos publice docuir, idque ea methodo, quam ipse in *** præsatione generali Tomi V. Operum fancti Hieronymi, ad cujus calcem selectas ex Divinis scripturis Theses vulgavit, his verbis exponit: ,, ut aliquid dignum posteris, gratum
,, pariter ac utile studiosis ederemus, cu-" riosissimam appendicem, quasi aucta-" rium & mantissam ad calcem volumi-" nis

[#] Oper. 5 Hieron. Tom, 3, prol. ** lb.T. 5.
*** Pag. 2.

nis adieci. Justum enim fuerat, ut in-, ter tot opera falsa, vel imperita, vera , non pauca prodirent, ad eruditionem , lectorum comparata. In gratiam , itaque studiosorum & discipulorum , Hieronymi, Theses catervatim in Bi-, blia facra, disputationes, & alia id genus benè multa curiofis dedicavi. Ne-, velitationes purè Scholasticas quis ex-, ercitationes nostras existimet, quòd in , nostris dudum ascereriis publice The-, ses propugnabantur; ad studia nam-, que divinarum scripturarum animos , addunt, & facræ intelligentiæ pandunt , recessus. Deinde multa secum affert , ad communem fructum appendix no-, stra, quæ nec scholasticis cognita, nec , disputationibus corum ventilata sunt us-, que in præsens. Similis quidem apparet methodus nostra in Theseon com-, positione, Scholaribus disciplinis & , consuctudini Gymnasiorum; sed augu-, stioris est considerationis argumentum , à nobis pertractatum, & instituta di-, sputatio. Toti sumus & exercemur in , Theologia divinarum Scripturarum: • quare præludia & Isagogica multa pro--iaoq " U A

, ponimus exempla, quæ conducant ad searum institutionem & intelligentiam. Neque hæctetrica ratione, sed suavi, ac sapientibus congruente pertractamus. Sive enim in præludijs versemur, sive in disputatione majori, aut in criticis observationibus, omnia sic attemperamus, tamen in omnibus attentè nostro sun gamur officio, ne degeneres in quopima am deprehensi studium, laboremque nostrum erubescamus. Ita ille.

Inter hæc Hebraicæ, Græcæque linguæ cultum nunquam intermisit, sed in penitiorem earum cognitionem tantò ardentiàs incubuit, quantò majorem usum, necessitatemque utrarumque in orani sacrarumDostrinarii pertrastatione esse quotidicanimadvertebat. Deniq; ita instruct maximæ molis rem, novam scilicer sancti Hieronymi Operum editionem, * Grandem solus, Grandlius auxilio recreatus, capessivit, quæ quantum sudoris Martianæo expresserit, diversis in locis ipsus explicat. ** Nobis, inquit, ,, S. Hieronymi Divinam Bibliothecam, antehac inediam sanchac inediam s

^{. . .} b. T. 2. in Calce Prology Why 1b. T. r. p. 2.

tam, utilitati publicæ procurandam su-5, scipientibus, tot tantaque incumbunt maximarum rerum momenta, ut ma-" gnitudo operis impositi non solum cer-, vices premat, sed ante sub fasce ruendum sit, quam levandum. Quis enim non , pertimescat maximi Scripturarum Divinarum Interpretis opus præcipuum , expendere; in cam, quam consecutus ,, est, linguæ Hebraicæ peritiam inquire-, re; tempus scriptionum ejus, transla-», tionúmque præfigere, dubias ac spurias à veris & genuinis discernere lucubrationibus; planum facere legenti, qualis in Ecclesia Christi fuerit Hieronymianarum Versionum usus; multaque ,, his similia liquidò demonstrare, quæ », nec facili negotio nominibus suis recen-" serentur? Exhorrescimus, fateor, im-,, mensum illum, ac profundum quasi ,, disputationis pelagus, in quod necessi-, tate compellimur, sancti Hieronymi , Operibus edendis addicti & consecrati. Et alibi, dum de restituto ab se libro Nominum Hebraicorum agit, * quantum porro, ait, tormentum sustinuerim in adornan-

Biblioth. Benedict.

...mils illis concordantijs marginalibus, quas adhibuit è latere Nominum) non , ausim dicere; ne malevolis & vecordi-" bus nonnullis æmulis magnifice mejs-" ctare, arque ostentare viderer. » tamen absque jactantia dicere fas fit, le , viorem fuisse laborem Editionis cujus " cumque tomi Operum lancti Augusti " ni, Gregorij, & cæterorum Eccleliasticorum Scriptorum, quâm restitutionis , folius libri Nominum Hebraicomm » Nam quis crederet pro uno verbo, x nomine inveniendo quindecim sepiùs " dierum spatio me incassum laboralle? Quis fidem adhibebit, si dixero, integrum volumen Levitici, vel Numero-" rum ter à me pervolutatum apud Sep-, tuaginta, ut unicum nomen invenirem! " Ita est, prudens lector, nec pondus la-" boris & curarum verbis exaggerare, sed omni jam difficultate superata ad lectionem libri Nominum omnes pro-" vocare contendo, ratus eius utilitati-, bus neminem carere posse, qui Scrip-" turarum intelligentiam vel mediocrem, ", ac itylum Philonis Judzi "Origenis, & , Hic"Hieronymi manifestum, perspectum-"que habere percupiac

Labores hos Martianzi, utut de fe graves, vehementer postmodum intenderunt & * diri calculi cruciatus, & acerrimi morsus Criticorum, quorum alteros sustulit. Philippus Franciscus Collotus, qui explorata manu calculumextraxit e corpore, alteros ferè perpetud infestos sibi, ac infixos expertus Præceperat ea bella dudum animo Vir eruditissimus, caque propter doctissima fua in Divinam D. Hieronymi ** Bibliothecam prologomena hoc memorabili epilogo finierat: " Ergò legenda funt " cum pace Prologomena nostra, & co-" natus nostri favore potius, & orationi-,, bus adjuvandi, quàm spernendi aure malivola: quia carpere & detrahere vel imperiti possunt, Doctorum autem est & qui laborantium novêre su-,, dorem, vel lassis manum porrigere, vel " errantibus iter ostendere. " prodest spumantibus labiis & latratu

^{*} ib. Tom. 3. proëm:

^{**} ib, T. 1.

», adversum nos garrire canum: quum " fimplex & moderata responsio, aut , possit te placare si vera est; aut si " falfa, leniter à te & placabiliter emen-, dari. Hæc interim propter æmulos, , quos cenforiam virgulam & multa » convicia operi nostro intentare scimus. , Cæterum ípem, quæ nos tenuit apud " aquos, ac eruditos lectores, nequa-», quam abjecimus : veniam enimilli no-» bis facile concedent, fi quid peccavi-», mus in editione hujus divinæ Biblio-, thecæ. Idque potifimum, fi animo , ita me comparatum noverint, ut non multopere Criticorum quorumdem so supercilium pertimescens benevolis » reprehensoribus quibusque parere multum gaudeam. Caveant alij, qui fulmen intentant, ne in alium, quâm sa in Fratrem Johannem Martianay tela » contorqueant sua: quidquid enim in hac editione fancti Hieronymi peccitum est, mihi imputandum admoneo.

Cateris sodalibus meis nulla convicio-, rum tela debent adhærere; quia ims peritiz mez nullatenus participes fues runt. Bona igitur si quæsint, ut verè -limi

multa funt in hoc opere, Patri lumi-, num ut reddas, etiam atque etiam ro-, go. - - - - In cateris aut profer meliores epulas, & me conviva ute-, re; aut qualicumque nostra Cona-, cula contentus esto.

Criticorum horum, quorum rabiems animo præsenserat Martianæus, agmen duxère Richardus Simonius, & Johannes Clericus, * qui non solum, ut scribit, verba, sed syllabas quoque nostrorum verborum calumnianeur, in eo se scire ali-. quid arbitrantes, si alienis operibus ac recte factis detrahant. Aft ambobus non modò se parem ostendit noster, sed etiam diversis operum suorum locis palàm omnibus eruditis fecit, pluscula esse, quæ Richardus Simonius, & Johannes Clericus discerent à Martianzo. satis cruentæ (is fuerat adversariorum impetus) Apologiæ, in quibus impavidus Hieronymi Editor Simonij Historiam Criticam Veteris Testamenti ** fulsam temerariam, ac imperitam vocat,

^{*} ib. T. 3. prologom. 1. ** ib. T. 2, col. 806. &c.

.. monumentis venerandz antiquicatis, u n eos putes non docere, fed debacchan n voluisse. Neque his meliores Crinci fimul & Chronologi: qui vix fui com-, potes rem omnem litterariam cim . facram, tum profanam evertere moliuntur, dum novis syntagmatibus bellum parant inferendum comprobatif - fimis Paternis omnium fæculorum uraditionibus. Quæ pestis librorum . veterum inimica, nisi extruderene é " republica Christiana, brevi nullum gea nuinum haberemus Auctorem ani-" quum suspertitem; non Josephum, non Fucididem, non Hieronymum, non Augustinum; quin nec Maronem, nec Flaccum, nec cæteros Poëtas aut Historicos, quos omnes confictos in regno Francorum asserere volebat satis peritus Scriptor nuperus. " Sed quâm longè à veracium rerum ,, scientia positi sint Novatores illi effu-1 se imperiti pulchrè docuit Philippus , Labbeus hac peculiari observatione , quam subtexuit ad expositionem sidel, Patrum Mediolanensis synodi, Tomo. s sexto Conciliorum, columna 606. Opla.

=Observatio Philippi Labbe S. J.

Atque hinc Lector animadvertat velim, quantum rem litterariam omnem _ five facram, five| profanam adjuvent veteres Membranæ in obscuris plerumque bibliothecarum angulis delitescentes, quidve conferant ad eruditionem, aut qui cas magno studio conquistas, & magno nonnunquam ære sibi comparatas viris diligentibus communicant, ut iis utantur; aut qui eas sua aliorumve opera nacti cum excusis codicibus Herculeo labore conferre non abnuunt. Ecce quam varia quamque eximia in collatione præcedentis epistolæ suggesserunt nobis duo, triave foliola in nostram bibliothecam, unde unde comportata, atque illud imprimis, quod nemo hactenus divinare potuerat, aut explicare: Nos autem omnes, qui sub felicissimos. & Christianissimos d Deo custodiendos principes Dominos nostros perexcellentissimos reges Christiane religionis amatores una cum, &c. Quod veceres illæ membranæ omnibus deinceps manifestissimum efficient httee verbis, quæ ad marginem ladscripsimus su-



untur, dum novis syntagmatilis, lum parant inferendum com fimis Paternis omnium sæ traditionibus. Quæ pestis les veterum inimica, nisi extrud republica Christiana, brevi nu nuinum haberemus Auctores quum suspertitem; non Jonon Fucididem, non Hieros non Augustinum; quin nem, nec Flaccum, nec cæter tas aut Historicos, quos omnis ctos in regno Francorum asses lebat satis peritus Scriptor res, Sed quam longè à veracium

Observatio Philippi Labbe S. 7.

Atque hinc Lector animadvertat relim, quantum rem litterariam omnem ive facram, five profanam adjuvent veeres Membranæ in obscuris plerumque sibliothecarum angulis delitescentes, quidre conferant ad eruditionem, aut qui cas nagno studio conquistas, & magno nonnunquam ære fibi comparatas viris diligentibus communicant, ut iis utantur; iut qui eas sua aliorumve opera nacti cum excusis codicibus Herculeo labore conerre non abnuunt. Ecce quàm varia quamque eximia in collatione præcedenis epistolæ suggesserunt nobis duo, triare foliola in nostram bibliothecam, unle unde comportata, atque illud imprinis, quod nemo hactenus divinare pouerat, aut explicare: Nos autem omnes, jui sub felicissimos, & Christianissimos d Deo custodiendos principes Dominos notros perexcellentissimos reges Christiana religionis amatores una cum, &c. Quod receres illæ membranæ omnibus deineps manifestissimum efficient hisce versis, quæ ad marginem ladicriplimus fu**324**

recerci recidunt convicia. Nequitivo sò eurographa exemplaria habebane anse mos Editores Hilarij, Ambrosij, Auand eisdem ufi funt codicibus/manuferiptis, qui hodicque affervantur in bibliothecis Francorum, Italorum, & Germanorum. Totusigitur (fi sepieneter advertitis) noftrarum, ac ventrum edicionum cardo vertitur in taftrat comanuscriptorum exemplarium Habuit equidem Erafmus exempla unum infimæ notæ ad editionem. v. g. , libri Hebraicorum Nominum, ficut an-" tea monui lectorem; sed tanta negli-, gentia volumen illud edendum pro-, curavit, ut typographis corruptissimum tradiderit nec lectum exemplar, , quod in manus ejus venerat. Nihilo diligentior Marianus, quàm Erasmus, novis cantum typis expressir plerumque quod apud eum invenerat editum ac de-, pravatum, idque præsertim in libro Nominum, & in Epistola ad Sun. & Freel. quam minimè castigavit ad manuscrip-, tos codices Vaticanos; etfl corum . usum sibi concessum facescur elicubi. msM.

4220

ris, & his adhærendum docemus, nia manuscripta exemplaria fassas spicamur. Ergò sola hac imprudendivinatione, aut periniquo potius aimo sidem Tabularum antiquatam olunt; & quotquot habentur in bisiothecis ecclesiarum veteres membraz, vel in sterquilinium projiciendæ, it slammis devorandæ traderentur; nonnullorum Theologorum & cholasticorum ingenio acquiesceret ater ecclesia.

"At vos, ut interim alloquar, dicita rdagogi, dicite male sani Critici: nde habetis editiones omnium libromante nos typis evulgatas? nunquid coelo lapsas creditis? aut ex veteribus adicibus manuscriptis propagatas? si vinas ad nos delatas desendiris editiones Patrum, & aliorum Scriptorum; cedite à nobis ad Mahummedum, qui lia stultis suadere potuit de pestisero lo Alcorano. Sin autem de exemaribus manuscriptis edita Auctorum plumina conceditis, frustra jactatis mias in hodiennas editiones, & que in-

degratum agminibus circumdatum, Reclefic fancise Det strenuissimum pur gilem, Hæreticis infensissimum, & Caroticis amantissimum. Hæc Martiamens pro veterum Codicum side admersus scholasticas desendenda; que tamessi longiuscula, benignis tamen oculis & animo seret, quisquis impuguatum pestem longius secpere quotidit, ac tantum non grassari animadver-

Caterum quamvis Martiauana post eith Divi Hieronymi opera tot adverlantium hominum telis fuerit impetitus, longè tamen amplior, & major corum vis extitit, qui præclaris eruditissimi Monachi conatibus delectati, maximis eum laudibus & favoribus profecuti funt. Ex his eminuêre Illustrissimus Memmius, Curiz Parisiensis Præses, Camillus Tellicrius, Regiæ Bibliothecæ Præpositus, Chevilierius Bibliothecæ Sorbonicæ Præfectus, Nicolaus Faber, Franciscus Desmaresius. Ildephonfus Sarrafinus Cluniacenfis, Joannes Harduinus S. J. Jacobus Hommeyus Augustinianus, Eminentissimus Cardinalis de Bonzi, cruditissimus Dominus Jacobus

ignus Bossucrus, Episcopus Meldensis non mediocrem, inquit Martianæus. peram in edenda Divina Bibliotheca obis dedit, quum laborem nostrum onore tanto sæpiùs afficere dignatus st, ut dixerit, summann ex eo Ecclesiæ hristi utilitatem esse venturam. Prærea quoties animos addidit nobis ad osolvendum opus difficillimum? quoes vetustissima monumenta nostra culis curiofis ac benignis perlustrare oluit, ut testis esset fidei & diligentiæ ostræ oculatus? Manuscriptos quidem pros, quibus carebat, communicare on potuit: sed haud impar præstibeneficium, dum codicum nostroım verustatis merito, & dignitate præantissimorum approbator accessit oud omnes pios, ac studiosos. Talem ique post sumum Meccenatem, Ponficem dico Romanum, ambiebat Hiemymus noster Patronum, in quo dinitas Episcopalis cum scientia, pietatese conjuncta potens esset exhortari in octrina sana, & eos, qui contradicunt guere: arguere autem, nunc erudi-

b. T. 1. post prologom.

diffimis lucubrationibus hoftes Ecclefia profligando, nunc luxuriantes imperia comericate quosdam Catholicos feriprores à libris edendis cohibendo. brevitet commemorare oportuit, ut ir indicaremus posteris, sapientissimum fupradictum virum nobis ubique benevolentiam, Hieronymo item nostro perpetuam oblervantiam exhibuille. Bunique Sorbone, * Divinam S. Hierosymi Bibliothecam approbantis ca vox fait: "prodiit edita recens divina fasti M'Elieronymi Bibliothecs, que ignote ha-. Aenus velut è tenebris eruta fuit à Reverendissimo P. Martianay, viro eximiz eruditionis, qui codem erga Scripturas s, facras, & Hebraicam veritatem studio , affectus, quo olim flagravit Hieronymus, hoc pretiosissimo, & excellentissi-, mo munere Ecclesiam ditavit singulari diligentia, ac labore propemodum immenfo, & calium studiorum inexperis prorfus incredibili &c. Quo honorifico illustris Sorbonæ judicio non una Divina Bibliotheca, sed omnia ferme Opera, quæ Martianæus adhuc in lucem afferuit. memerentur condecorari. Spirat is etiam nunc, nec de Divinis Scripturis, universaque Republica Litteraria benè mereri definit.

Opera.

Défense du Texte Hebreu, & de la Chronologie de la Vulgate contre le livre del Antiquité des temps retablie. i.e. Vindicia Textus Hebraici, ac sacra Chronologia secundum Vulgatam adversus librum, cui titulus: Antiquitas temporum restituta, autore D. Paulo Pezronio Ord. Cistere, 12. Parisis 1689.

Continuation de la defense du Texte Hebreu, & de la vulgate contre Isaac vossius Protestant, & contre les livres du Pere Pezron Religieux de l' Ordre de Citeaux. i.e. Continuatio Vindiciarum Textûs Hebraici & Vulgata adversus Isaacum Vossium, Protestantem, & Patris Pezronij Cisterciensis libros. 12. Parisiis 1693. Relation de la dipute de l'anchese du lèvre de l'Antiquité des tems retailles contre le desenseur du Texte Hestron, & de la vulgate i. e. Historia Controvorsia, qua Autori Antiquitatis temperum restituta cum Vindice textus Hebraici, ac vulgata intercessit. 12. Parisis 2707.

Epitola Donni Joannis Martianas ad cimes viros doctos, ac studiosos, cua Epistola sancii Hieronymi ad Sunnium Fretelam vastigata ad manuscriptus todices optima nota, ac multiplici observationum genere illustrata. 4. Parisiis 1690. Hæcrecusa extat etiam Tomo II. Operum S. Hieronymi.

Sancti Eusebij Hieronymi Stridemensis Presbyteri Divina Bibliotheca, am tehac inedita, complectens translationes Latinas veteris ac novi Testamenti, tim ex Hebrais, tum e Gracis sontibus derivatas; innumera quoque scholia marginalia antiquissimi Hebrai cujusdam Scriptoris Anonymi, Hebraas voces pressiús exprimentis. Prodit e vetustissimis Manuscriptis codicibus Gallicanis, Vaticanis & c. fol. Parisis apud Johannem Anissan typis Antonij Lambin 1693. Hic est primus operum Sancti Hieronymi Tomus, quem reliqui hoc ordine secuti sunt.

S. Hieronymi Operum Tomus I.I complectens libros editos ac ineditos Etymologicos, Geographicos, Quastiones Hebraicas, Epistolas Criticas, & Commentarios in Sacra Volumina a Genesi usque ad Prophetas. fol. ibid, apud eund. iisdem typis. 1699.

Tomus III. complectens Commentarios in sexdecim Prophetas majores, atque minores restitutos ad sidem Manuscriptorum Codicum vetustissimorum. sol. ib. apud Claudium Rigaud. 1704. In hujus tomi editione Domnus Nicostratus Bara è Gongr. S. Mauri Martianzo adjumento suit.

Tomus IV. in binds partes divisus, complectens Commentarios omnes in novum Testamentum, asque Epistolas criticas siche ejusdem argumenti, erdine lides tum Scriptura sacra positate; deinde can alias epistolas ordine chronologia tume primum editas, & in parias classis distributas, cum Opusculus Apologoticis, & Polemicis, ad sidem vecustissis morum codicum recensitis, ac restitutis fed ib. apud eund. typis vidua Antonis Lumbin 1706. Huic tomo insere est similare de S. Jerome, & Repense a pinserens Lettres choises de M. Simon. Id all: Apologia S. Hieronymi, & Response and plures epistolas selectas Richardi Semonis.

Tomus V. complettens vitam sancti Hieronymi a duobus anonymis scriptam, Catalogum Gennadij de Viris illustribus; Opuscula omnia supposititia eam edita, quam inedita: cum appendice curiosissimaThesium & Disputationum in Biblia sacra, quas ante nullus posteris tradiderat. sol ibid ap. eund. iisd. typis

1706.

Traités de la verite, & de l'inspiration des livres de la sainte Ecriture.i.c. Traclatus pluves de veritate & divina inspiratione librorum sacra Scriptura.

Porro hi tractatus sunt sequentes.

Traité de la verité des livres de l' Ecriture. i.e. Tractatus de veritate li-Ebrorum Scriptura sacra. 12. Parisis

Continuation du premier Traité des Ecritures. i. c. Ejusdem de Scriptura Tractaths Continuatio. 12. ibidens.

Desense de la Bible de S. Jerôme contre la critique de M. Simon ci-devant Prêtre de l'Oratoire. i.e. Vindicia Bibliorum S. Hieronymi adversus censuram Richardi Simonij, olim Presbyteri Oratorij 12. ibid. 1699. . . Est parsaltera præcedentis Operis.

Traite Historique du Canon des livres de la sainte Ecriture, depuis leur premiere publication jusqu' au Concile de Trente. i. c. Tractatus Historicus de Canone librorum sacra scriptura, à prima eorundem editione usque ad Concilium Tridentinum 12 ibid. 1703.

Trai-

Biblioth Benedict.

Appliquer l'Exriture par les secours de proje spintances, la propre, la sigurée, C' de l'Ammonique, i. e. Tractatus de methodo; seu modo explicandi sacram scripturam adminiculo triplicis syntaxeos, propria scilicet, sigurata, Co harmonica.

Vulgata antiqua Latina, & Itawerfio Evangelij secundum Matthame, è vetustis eruta monumentis, illastrata prologomenis ac notis, nuncque prinsim edita. Accessit Epistola Canonica S. Jacobi Apostoli, juxta vulgatam veterem, seu Italam versionem & c. 12. Parisiis 1695.

Remarques sur la version Italique de l'Evangile de Saint Matthieu, qu' on a decouvert dans le fort anciens Manuscritts. i. c. Animadversiones in versionem Italam Evangelij secundum Matthaum, ex perantiquis codicibus manuscriptis erutam. 12. ibid. eod. anno.

Eruditionis Hieronymiana Defensio adversus Johannem Clericum. 8.Paristu is 1700. . . . Iterum edita, & inserta it Tomo III. Operum S. Hieronymi.

La Vie de S. Jerôme, Prêtre solitire, & Docteur de l'Eglife, tirée parculierement de ses propres ècrits. i.e. ita S. Hieronymi, Presbyteri & monabi, ecclessa Doctoris, ex propriis ejusem scriptis potissimum concinnata. 4. arisis 1706.

Essais de Traduction, ou remarues sur les traductions Françoises du N. estament. i.e. Tentamen versionis, sive observationes ad versiones Francicas lovi Testamenti. 12. maj. volum. II. pris Parisiis prodiit apud Petrum Witte 709 posterius ibid. apud viduam Anmij Lambini 1710.

Le Nouveau Testament de N. S. esus-Christ traduit en François sur la ulgaté.i. c. Novum Testamentum D. N. . Christi, in linguam Francicam trauctum ad sidem editionis vulgata. 12. olum. 2. Parisis. 1712.

Traduction de S. Jerôme, ou de n Commentaire sur le livre de l' Eclesiaste avec des nouvelles restexions. i. Sancti Hieronymi Commentarius vo 336 Biblioth. Benedia.

brum Ecclesiasta Francice versus cum no vis observationibus. 12. Parisis 1714.

Du Pin * Martianæo etiam tribuit les trois Pseautiers de S. Jerôme moduits en François avec des Explications Litterales Harmoniques, & moralisairées des Ouvrages de ce Pere. i.o. tria Psalteria sancti Hieronymi in Francicium translata cum expositionibus Litteralibus, Harmonicis, & Moralibus, samptis ex aliis ejus dem sanctis Dofferis operibus.

Hujus operibus.

Hujus operibus.

1198.

In eodem tomo col. 1195. ubi
Martianæus editorum ab se operum Catalogum texit, meminit etiam hujus:
Remarques sur le premier volume de la
nouvelle Edition des Ouvrages de S. Jerôme, id est: Animadversiones in primum tomum nova editionis operum saEti Hieronymi 12, nulla addita nota anni
quo excusum sit.

Denique in supplemento Divine Bibliothecæ, quod Tomo II. Oper. 8.

^{*} T. 19. nouvel. biblioth.pag. 291.

lieron. præmittitur, & fortè idem est, ac pus proximè recensitum, promittit sartianæus Historiam Nova editionis rerum sancti Hieronymi, si, inquit, viem Deus prorogaverit usque ad Temus destinatum, quod cum cruditis omibus Viro doctissimo de cælo precatur.

CAPUT IX.

). Dionysius de Sainte-Marthe.

Jonysius San- Marthanus illustribus parentibus Lutetiæ Parisiorum pro eatus est anno millesimo, sexcentesimo uinquagesimo. Spretis mundi delitiis, neglecto familiæ longè amplissimæ lendore in Ordinis Benedictini sodales per lemnia vota transscriptus est apud Reponense sancti Melanij monasterium idie Idus Augusti anno supra millesium sexcentesimum sexagesimo octavo. Ic tantum absuit, ut majorum suorum oriam, cùm eruditione, tum aliis in to- & sago pulcherrimè factis partam iminuerit, ut etiam mirum quantum do-

s fuis leberibus appoliticáric. - Ad s magno facrilegam & delirena Celviligionem exicindendi, eague imbugentiles suos ad Catholicorum castra llicendi defiderio femper flagravit. je gracia vulgavie plura, qua Virum minus in scriptorum à Catholico raim sensu alienorum, quam veterum Patrum, ac Conciliorum monumentis apprime verfarum elle dengonstrant. Sandum Gregorium ob vitæ lanctimoniam Stadodripie copiani cagnomento M num ctiam Majorem reddidit, dum , bot-, tante, & benedicente Innocentio XIL " P. M. * ac adhibiris plurimis è sua poa tissimum Congregatione fociis Doctosis eximij (cripta omnia contulit ad innumeros penè optima fidei codices manu exaratos, & scitissimis notis, prefationibusque illustrata typis commendavit. Porrò ex amicis, qui Dionysio nostro hoc in labore improbe supperiss mis lerunt, ** præcipuè adpellandus eft Vi religiosissimus Domnus » Baptista de Noyville, in Pago Laudu-

^{*} Oper, S. Greg. M. T. 1. prafig. IV. ** 1b. P.V.

, nensi, Ordinis Cisterciensis, arctioris, " & sanctioris observantiz Przepositus, , qui non folùm varias plurimorum Codicum lectiones à se excerptas ad eum misit, sed penè integros propria de-,, scriptos manu communicavit. Insuper " Indices tum locorum facræ Scripturæ, . tum rerum memorabilium & fenten-., tiarum copiosissimos in I. Tomum & , in librum Sacramentorum contexuit. " alios autem inceptos absolvere non , permilit infirma valetudo. millesimo, septingentesimo, decirno, cum illustrissimus Franciæ Clerus Parisiis congregatus ex Archiepiscopo Narbonnensi cognovisset, insignem, totique Ecclesiæ Gallicanæ gloriosam esse operam, quam Domnus Dionysius in emendanda, augenda, illustrandaque Gallia Christiana, famoso illo Majorum suorum Opere, hactenus posuisser, doctissimum Virum non modò publicè collaudavit, verùm etiam, ut strenuè pergeret adhortatus est, omneque patrocinium ac favorem addixit, datis ad omnium Francicarum Ecclesiarum Antistites litteris, quibus ad communicanda cum Dionysio sua monumen-

Y 2



Opera.

Raisé de la Confession erreurs des Calvinistes. Etatus de Confessione contre Calvinistarum. 8. Parisis a bertum Rulandum 1685.

Reponse aux plaintes e stans touchant la pretendüe p de France. i. c. Responsio au Protestantium ob Francicam nem, ut ipsi vocant. ibid. 1688 Entretiens touchant l'en

Entretiens touchant l'en prince d'Orange sur l'Angle Colloquia de Principis Ar Mabillonij de studiis monasticis examinatur. 12. Amstelodami 1692. Recueil de quelques pieces, qui concernent les quatre lettres ecrites a M.L' abbé de la Trappe. i. c. Syllabus quarundam scriptionum, quatuor epistolas, ad Abbatem Trappensem scriptas spectantium. 12. Colonia 1693.

La Vie de Cassiodore. i. c. Vita
Aurelis Cassiodori Senatoris. 4. Parisis
1694.
Histoire de S. Gregoire le Grand, Pape,
3º Docteur de l'Eglise. i c. Vita Sancti
Gregoris cognomento Magni, Papa 3º
Ecclesia Doctoris. 4. Rotomagi 1697...
Hanc libris quatuor comprehensam, &
Latinè redditam iterum stiùt Tomo IV.
novæ editionis operum S. Gregori Magni.

Reflexions sur la lettre d'un Ablé de Allemagne aux RR. PP. Benedictins de la Congregation de S. Maur, sur leur dernier tome de l'edition de S. Augustin. i. c. Animadversiones in epistolam cujusdam in Germania Abbatis, datam ad RR. PP. Benedictinos Congregationis

Y₃ San-

Hiblioth, Benedict.

Sancti Mauri, de ultimo tomo mova edicionis operum S. Augustini 12.

Lettre a un Docteur de Sorbone, touchant le memoire d'un Docteur en Théologie addressée à MM. les Prolats de France, contre les Benedictins. i. e. Epistola un quendam Sorbona Doctorem de fibello capitadam Theologia Doctorio Baninis Penacia Prabacia inscripto adversità Benedictinos 12. 1699.

Sancti Gregorii Papa I. cognomento Magni, Opera omnia, ad manascriptos codices Romanos, Gdllicanos, Anglicanos emendata, aucta, & illustrata notis. Tomus 1. fol. Parisis sumtibus Claudij Rigaud 1705.

Tomus II. ibidem ejusd. sumtibus cod. Tomus IV. anno.

Gallia Christiana, quod opus deinceps edatur, pluribus in folio voluminibus constabit.

CAPUT X.

D. Johannes Stephanus Badier,

Johanni Stephano Badierio prima lux obtigit Doli in Britannia minori. Ordinem Benedictinum Mundo præhabuit, eumque nuncupatis solemniter votis, perpetuò colendum sumpsit in Sancti Melanij apud Redonas monasterio, Undecimo Calendas Septembris anno Domini millesimo, sexcentesimo, sexagesimo octavo, annum ætatis octavum decimum non supergressus. Viro sancte docto etiam nunc vita suppetit.

Opera.

A Sainteté de l' Etat monastique de S. Martin, composée par M, l' Abbé Gervaise, Prevost de l'Eglise de S. Martin de Tours.i. c. Sanctitas status Monastici & c. quod opus responsi loco esse possit ad

Biblioth: Bouckel

ton S. Martini, editam à D. Abban Gervasio, Ecclesia S. Martini Turonensis Praposito. 12. Turonibus 1700. . .

CAPUT XI.

D. Claudius Guenié.

Landina Guenié, Virum *lingulari* judicio, & laborum tolerantia præam Divio, seu Divionum, princepsBurgundiz oppidum protulit anno milkfimo, sexcentesimo, quadragesimo sepimo. Eum annos duos & viginti natum Ordo sancti Benedicti sibi adoptavit, przmissa solemni votorum sponsione, Decimo tertio Calendas Martij in sancti Faronis Monasterio apud Meldas. Hic Thomam Blampinum, Augustinianæ editionis Antesignanum sedulò adjuvit, effecitque incredibili patientia, & industria, ut magni hujus Ecclesiæ Doctoris opera non solum emendata, sed etiam omnium usibus expolita, prompta, & expedita deinceps ef-Valet adhuc, & felicem exitum i fent. Deo quotidie precatur.

Opera.

Il Ujus opus sunt Indices tum particulares, uniuscujusque Tomi, tum omnium generalis, Operum sancti Augustini nova editionis; quos quidem indices Claudius summa arte, methodo, ac judicio, omnium sententia contexuit.

CAPUT XII.

D. Petrus Coustant.

Petrus Cutantius in hanc lucem progressus est Compendij apud Valesios, sancti Benedicti Ordinem ingressus mundo solemniter renuntiavit in Remensi sancti Remigij monasterio Decimo quinto Calendas Julij, anno Christi millesimo, sexcentesimo, septuagesimo secundo, extatis octavo decimo. Scholasticis, que vocant, studijs cum laude defunctus, se totum veterum Scriptorum ac Patrum libris involvit, in ijsque, que à sapientissimis illis viris pulcherrimè tradita sunt, memorià & scientia comprehendendis die

Biblioth Benedick

noctuque elaboravit. Id dum ageret, antiquissimis temporibus exaratos Codices frequentissime consulebat, tantam inde mente forum perkiam oc ulima somficu-Bartholemats Germonius Sell-contra Codicum fidem deinde molimilli. Cutantius paullo acgueio difflavesiliani Perons cristin indigne, maximum illad Gallier lower, for Court Milartane, Pidevorum Episopum, adeò spisse mendesum, depravationamque veluti tene-bris obvolutum, ac penè exstinctum jac-re, neminemque non veteris Theologic studiosum sua obscuritate terrere, vetuftissimorum Codicum ope, Observationibus cruditione haudquaquam vulgari refertis, nulloque non illustrationum genere, lucem, perspicultatémque eidem reddere allaboravit; idque hoc fere modo effectum reddidir.

"Quanto, inquit, difficiliora ha"Cienus judicata funt Hilarij scripta, *tan"to operosiùs enitendum duximus, ut es
"difficultas sublevaretur. Hujus reign"nia singulas singulis operibus præmisi"mus Admonitiones aut præsationes, in
qui-

ibus quidquid ad Operis occasiom, tempus, scopum, veritatem, & a id genus spectar, pro nostra virili rte explicuimus. His interdum subxa est totius Operis synopsis: quod æsertim ad libros de Trinitate visum t quodam modo necessarium. Tum. lector in assequendis Hilarij sensis mis laboraret, præcipua ipsius argumenquantum per oram libri licuit, breviis summarijs comprehendere cura-Ut autem haberet, ubi periorum longitudine fatigatus requiesce-:, Tractatus singuli varios in numeros nt distincti. Ea quoque ratione citanum commoditati consultum est, ne ucos versus recognoscere volentibus ti libri essent pervolvendi.

"Sed in redintegrando textu, ex ijus depravatione obscuritas ut plurium creabatur, nostra potissimum cuac studium suit. Et si autem quam urima, nihil tamen nisi pravia dilinti ac morosa consideratione immuum. Qua in re maxime spectavimus riptorum codicum in unam lectionem ansipirantium antiquitatem, sincerita-

multitudinem, fi prefestim aliai endofis locie diffiderent. paciliare folet veritas, quos falfitas difentes fecit. - Sicut autem mis. antinimem ex scripcura & charactere perriperimus, ita ex confluttia quadam in arreginendis ija loquendi modis, qui in aligi exemplatibus ob fingularitatem fene pè mucici fint, corum probavimus finceriarem. Ad horum-verimem ita secrepulosè expressimus omnia, ur ex - He etiam verborum ordinem revocaye-Si quid verò castigatum quod . rimus. non oportebat, nihil tamen ereptum " lectori: qui ad oram libri, quidquid in prioribus editionibus, quidquid in mis. , occurrit, quod alicujus momenti fit, " prolibito feligendum invenier.

" Importunæ quidem sunt, & ab au" Core intentionem Lectoris nonnihil ab" ducunt notulæ frequentes. Sed pleri" que rescire cupiunt, quo jure, quave
" auctoritate mutatum sit, quod priùs ob" tinebat: & nullus est, cui si placeant so" la auctoris verba, notas seorsum ab is
" positas non sit liberum præterire. Ita
" etiam ubi quædam notas sunt, quæ

- minoris momenti videbuntur; hoc paucis præstitum est, & in corum gratitiam, qui in Doctore Ecclesia antiquo ac difficili, & de re, in qua ex verbis inordinate prolatis sæpe incurritur hæ-, resis tractanti, nihil negligendum du-In alijs majoris momenti locis , mutationes factas non sola mss. auctori-, tate, sed & quam paucioribus verbis li-, cuit, ratione est demonstratum. Quod , faciendum præsertim censuimus, quo-, ties, qui Hilarium antea recognoverunt, a vero illius sensu aberrantes, falsas sub-. stituerunt lectiones, quæ quandam ve-, titatis speciem præ se ferrent. Iisdem: , notis illustrantur, & explicantur locu-, tiones inulitatæ, implexæ phrases, sen-, tentiæ fingulares. Hilarij enim scri-" pta non tantùm à mendis pura & inte-" gra, sed & lectu faciliora exhibere fuit .. animus : & locorum nonnullorum sensum non sine labore assecuti, nostri " officij existimavimus esse, ut alijs hic " labor levaretur. Eandem ob caufam " ex cruditorum operibus eligere non , gravati sumus, si quid ad gestorum, , quæ Hilarius attingit, notitiam facilio-

, rem conducerer. Denique quæ in co , pugnantia, quæ suspecta videbantur, , componere & ab omni errore vindica-, re studuimus, non vanis, aut aliunde , accersitis rationibus, sed ex ipsiusmet , verbis. Illos enim locos, aut ex , adjunctis expendentes, aut comparan-, tes cum clarioribus, deprehendimus, " quam jure Hilarius, de locutione non , ita, ut de fide sua securus, monuerit » atque enixè rogaverit, ne de ipso ante absolutum sermonem judicaretur. , Quosdam ex illis celebriores arque di-" fficiliores ab ipfo exordio tractare juw verit: quò cùm commodiùs in oram conferre licear, quidquid in unam eamdemque rem diversis locis dixeric; ex mutua plurium locorum " collatione vera illius sententia manifen stius apparebit. Et certè visum est expedire, ut tanti viri scripta non pri-, us offerrentur, quam præcipuæ suspi-, cionum nebulæ fuissent dissiparæ. " his disputationibus aliorum etiam Pa-, trum dica interdum adteximus: quò " Hilarius non modò secum, " & cum veteribus consentire demon-"Aretur &c.

Restitutus hac ratione Hilarius non sine communi eruditorum hominum applausu exceptus est, ne Richardo quidem Simonio, res Patrum e Congregatione Sancti Mauri in cœlum esferre laudibus nequaquam solito, Cutantij Notas & observationes commeritis præconiis defraudante. Interim in egregio hoc de Ecclesia benè merendi studio Cutantius hodieque perstat, ac quædam alia sub manibus habet, quæ typis edita magnam eidem apud æquos gratiam conciliationt.

Opera.

Sancti Hilarij Pictavorum Episcopi Opera ad manuscriptos codices Gallicanos, Romanos, Belgicos, nec non ad veteres editiones castigata; aliquot aucta opusculis, praviis in locos disticiles disputationibus, Prasationibus, Admonitionibus, Notis, nova S. Confessoris vita & copiosissimis Scripturarum, Rerum, Glossarum indicibus locupletata & illustrata. sol Parisiis typis Francisci Muguet. 1693.

Vindicia Manuscriptorum Codicum a R. P. Bartholomao Germon S. J. im-

pugnatorum. 8. ibidem 1706.

Vindicia veterum Codicum Confirmata, in quibus plures Patrum, atque Conciliorum illustrantur loci, Ecclesia de trina Deitate dicenda traditio asseritur; Ratramnus & Gothescalcus purgantur ab injectis suspicionibus; & quadam Pyrrhonismi semina novissimè sparsa reteguntur, & convelluntur. 8. ibid. apud Joan. Baptist. Coignard 1715.

Thoma Blampino Sermones S. Augustini, & Tractatus quosdam eidem Doctori fuppolitos, quos nunc habes in nova Benedictina Operum fancti Augustini edicione.

Denique nunc Romanorum Pontificum Epistolas, que usque ad Innocentium III. pertingunt, typis repetende curat. Contulit illas cum antiquissimis codicibus manuscriptis, notisque suis criticis, que historie, dogmatibus, & discipline sucem affundunt, illustravic.

CAPUT XIII. D. Edmundus Martene.

Dmundo Marteneo, patria Laudunensi, vitæ initium præbuit annus Domini millesimus, sexcentesimus, quinquagefimus quartus. Is Ordinem Monasticum secundum Regulam sancti Benedicti solemniter vovit in monasterio sancti Remigij apud Remos sexto Idus Septembris anno ejusdem sæculi septuagesimo secundo. * Antiquitatis studio deinde captus in Conciliorum, sanctorum Patrum, scriptorumque Ecclesiasticorum lectione affiduus fuit, inde colligere solitus ea, quibus olim dicenda maximè stabilirentur. Cumque magnos ea in re progressus haberet, eum eruditissimus Lucas |Acherius ,, ad sociandas " in perornando Spicilegio operas hortatus est. Immò cum is, paucis, ante-, quam è vivis excederet, ** simile opus , alio sub titulo, prœlo committere co-, gitaret, adjutricem à Marteneo manum " po-

^{*} Martene T.4. de Antiq. Eccl. Rit. in pref.

